Franciſcus Philelphus Bartholomeo Fracāzano S.

QUo frequentiores eunt ad me littere tue: eo maiore affici/or voluptate In his enim lectitādis videor ⁊ eſſe ⁊ loqui te/cum. Quod aūt mirari te dicis a me voluptatē laudari.cū a Cice/rone in q̄ſtionibus tuſculanis ⁊ in libris de finibus bonoꝝ ⁊ ma/loꝝ apprime vituperetur.nihil ē opus:vt mireris. Nā quod Cicero/in aliis rephendit:in hoc ipſe perſepe peccat. Litigat eni de vbo.rez/negligit.q̄mq; ne de vbo quidē rcē ſentit. Nā quod voluptas non/omnis ſit turpis immo ſepe eciam honeſtiſſima.tū alia pleraq; eiuſ/ſcripta.tum epiſtolaꝝ libri infinitis in locis liquido declarant. Pre/terea ſi bonū eſt ſecundū Ariſtotelē:qd omnia appetūt. num minuſ/omnia que ſenſu mouenť.natura appetūt voluptatē? Qd autem eſt/ſecundū naturā.num id bonū nō ſit? Naz de animi voluptate.que/ab honeſtis actionibus ꝓficiſcitur.queq; ex cōtemplatione verita/tis ⁊ dei capiť maxima.num eam quiſq; neget eſſe bonū.⁊ maximū/quidem bonum? At referti ſunt grauiſſimoꝝ philoſophorum libri./Ariſtoteliſq; imprimis ſubtiliſſimis ⁊ firmiſſimis.rōnibus q̄buſ ⁊/ꝓbať prudentiſſime.⁊ laudať egregie voluptas. Qua de ipſa plu/ribus ad te ſcriberem.ſi eſſem ocioſus. Sz cui eſſe ocii quicq; poſſit/inter arma belloꝝq; fragores? Atqui dabitur tempus.vt ſpero.q̄/⁊ tibi ſatiſfaciam.et alios.nōnullos iſtiuſmōi imprudētia vna me/cum liberabo. Nunc ignoſce breuitati mee. Vale.Ex Bononia p/die kal. Ianuarias:Mccccxxviij.

Franciſcus philelphus Thome Sarzanenſi .S.

EGo mi Thoma dilectiſſime ſum Florentine reipublice iam/obſtrictus ānuo munere Itaq; aliā nullā conditionē poſſū/āplecti. Quid enim dedecoroſius.q̄ vel eſſe.vel haberi leuē? Nam/fidē minus ſeruare hominis eſt nō iniuſti ſoluz.ſ3 impii. At ſcio nō/modo Reuerendiſſimus pater Cardinalis tuus id ab me factū iri/nollet.ſed nec etiā tu:qui ſpeculū es imagoq; ⁊ probitatis.⁊ graui/tatis. Vale Ex bononia pridie kal. Ianuarias.Mcccc.xxviij.

Franciſcus Philelfus Gabrieli mauro S.D.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Nihil mihi iucūdius tuis lrīs Gabriel mi cariſſime. quibus
humanitatē tuam ac moꝝ ſuauitatē bonitatēq; ingenij ita
repreſentas. vt te corā aſpicere. alloqui. ⁊ ꝯplecti videar. nō
poſſū m̄ nō letari. qḋ ſtudijs olim meis ac lucubrationibꝰ in te ado
leſcente inſtituēdo. id me videā conſecutū. vt florētiſſimus ſenatus
tuus talem ſit virū te habiturus. qui ⁊ ampliſſime patrie futurus
ſis ornamento. ⁊ amicis adminiculo atq; voluptati. incūbe igitur
ꝓ viribus. teq; amplificādE glorie totū dede. Nō multos habiturꝰ
ē nobiliſſimꝰ ſenatus tuus ſilis tui. Noui acrimoniam ingenij tui
noui magnitudinē animi. noui conſiliū. noui ꝓbitatē. Nihil habet
tua reſpublica te vno cōtinentius. nihil moderatius. nihil ad oīs
p̄claras actiones aut ſplēdidius. aut ſtrenuū magis. Sȝ quid ego
fruſtra ſim lōgior. q̄ ita videar te adhortari. quaſi nō per te ſatis ſis
qui ⁊ ꝓuidendo. ⁊ cōſultando. ⁊ agēdo nulli rei deeſſe poſſis. De
fr̄is tui dominici moribus que ſcripſiſti. nō potui nō dolere. Sȝ tu
fer omnia moderate. etas enim fortaſſis eius animi acerbitatē ali
quādo ad maturitatem aget. Quod ſi ſecus accidat. tu teipō ꝯten
tus eſto. Ego qḋ ſcire vis. bene valeo. cū vniuerſa familia. migra
turꝰ breui Florenciā. vbi honorifice ⁊ ꝯmode ſū futurꝰ. Titū liuiū
meū ꝯmendo tibi. Uale. Ex Bononia p̄die kal. mar. m. cccc. xxix.

Francis. Phil. Cincio Romano ap̄lico ſecretario ſal.

Quam mihi ſpem iampridē in vrbe Rhoma corā recepiſti. vt
eā mihi perducas ad finē. te etiam atq; etiā rogo Nunq; mihi
crede: intermorietꝰ apud me officiū tuū. Noui bonitatē animi tui.
noui integritatem. benignitatē preſens expertus ſum. ſcio nō falleſ
opinionē de te meā Reliquū eſt vt coepta ꝑficias Uale Ex floren
cia pridie kal. Maias M. cccc. xxx.

Franciſcus philelphus Bornio ſale iureconſulto. ſal:

Et te ⁊ vniuerſam familiā tuā. imo noſtram valere perbelle
libenter accipio atq; deum oro vt ita ꝙ diutiſſime habeas
De me autē qḋ ſcire cupis. in freto nauigio ſiculo inter ancipites
eſtuantiſq; ꝓcellas ⁊ turbulētiſſimos fluctus Exiſtimarā Bono/
niam ſolā ciuilibus factionibus diſſidere. ſȝ florencia longe magis
diſcordijs ac ſedicionibus feruet Utinā huc aut veniſſē nūq; aut
abire liceret ꝓ dignitate. ſȝ neutrū mihi integrū eē video Nuncius
mihi fuit impedimento quo minus tibi potuerim omnia explicare
Ignoſce ac vale Ex florencia v. nonas. maias m cccc xxxiij

Franciſcus philelfus petro perleoni ſal.

Silenciū tuū tā diuturnū tamq; inuſitatū ſuſpicionem mihi
affert. neſcio quā Itaq; ſi tibi bñ eſt vt ⁊ opto ⁊ volo ſcribe

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ad me ꝙprimum: quo tecum vna gaudeā. Sin ſecus ē id quod mī
nime omniū velim: ſcribe etiā mihi. quo tibi conſilio ſaltē prodeſſe
poſſim. Vale; Ex ſena pridie ydus apriles. m.cccc.xxxvi.

Franciſcus Philelfus anthonio Panormite ſal.

TErencium: quē eſſe apud me voluiſti. illi ad te dedi. cui tu ꝑ
litteras dari iuſſeras. Lucrecius. quē tantopere flagitas.
ſi meus eēt. cōtinuo ad te iret. ſed de re aliena irrequiſito dn̄o: nihil
m̄ agendū exiſtimo. at nō requiſiui mō: vezeciam rogaui: atqȝ ora
ui dn̄m eius codicis: vt ſineret me in re ſua liberalē eſſe. ſaxei eſt ca/
pitis ac plane inexorabilis. Nullo pacto induci poteſt: vt Neapo/
lin Lucretius nauiget: veritus: ne qui ob poculū amatoriū furue
rit: rurſus ſirenis parthenopes veneſico interceptus: inſaniat. Va
le; Ex Sena iij. ydus Octobres. m.cccc.xxxvi.

Franciſcus Philelfus leonardo iuſtiniano ſal.

NEſcio quo tandē iure te adeo offirmaris: vt cōtra omne vl
amicicie: vel humanitatis ius meos mihi libros ac veſtis
nō reſtituas: Tue enī iuſticie fuerat: qui te iuſtinianū cognomineſ
vt que apud te depoſuerā: tueqȝ fidei ꝯmendarā: m̄ ꝑ tua fide tua
qȝ innocentia reſtitueres. Quare te ⁊ hortor ⁊ moneo ne me diuti⁹
vana ſpe ludas: ne iniuria me afficias: ne me veteris amicicie nrē
obliuiſci cogas. Vale; Ex Sena ydibus ſextilibus. m.cccc.xxxvij

Diſertiſſimi Oratoris Franciſci Philelphi Epiſtole familia/
res Expliciunt foeliciter.

Gaij Apollinaris Sidonij clariſſimi ⁊ poete ⁊ Oratoris Epiſto
le magis familiares Feliciter incipiunt.

Sidonius S.D.P. Conſtantio ſuo:

DIu p̄cepiſti mi ſuauiſſime conſtanti ſūma ſuadendi au
toritate ſicuti es in his que deliberabunt̃ conſilioſiſſi
mus: Ut ſi que lr̃e paulo policiores varia occaſione
fluxerit. p̄ut eas cauſa pſona tempus elicuit. retracta
tis exemplaribus enucleatis qꝫ vno volumine inclu/
dam Quinti Simachi rotunditatem Gaij Plinij diſciplinam ma
turitatem qꝫ veſtigijs preſumptuoſis inſecuturus Nam de Marco
Tullio ſilere in ſtilo epiſtolari melius puto. quem nec vilius totū
ſub nominibus illuſtrium feminarum digna ſimilitudine expreſſit.
Propter quod illum ceteri quiqꝫ Romanoꝝ vtpote conſectaneum
emulati. cum priſcoꝝ dicendi genus accuratiſſime imitaret̃ Orato/
rem ſummum atqꝫ parentē eloquentie nuncupauerunt. Quibus
omnibus ego incredibile dictu eſt q̄ntum ſemper iudicio meo ceſſe/
rim : q̄ntum qꝫ ſeruandā ſingulis pronunciauerim temporum ſuo/
rum meritoꝝ qꝫ prerogatiuā Sed ſcilicet tibi tue qꝫ examinationi
has non recenſendas. hoc enim parū ē : ſed defecandas vt aiunt li
mandas qꝫ commiſi Sciens te immodicū eſſe fautorem non ſtudio
rum mō. verumetiam ſtudioſoꝝ Quamobrē nos nunc perquamhe/
ſitabundus in hoc deinceps fame pelagus impellis; Porro autē
ſup̄ huiuſmodi opuſculo tutius conticueramus contenti verſuum
felicius editoꝝ opīone de qua m̄ iampridem in portu iudicij publi
ci poſt liuidoꝝ latratuum cillas enauigatas ſufficientis glorie an/
cora ſedet Sed ſi et hiſce deliramentis mordaces dētes inuidia nō
fixerit actutum tibi a nobis epiſtolarum volumina etiam numero/
ſa multiplicabuntur Uale felix

Sidonius Candido ſuo Salutem.

MOrari me Rome congratularis: illud tamen quaſi facete et
fatigationū ſalibus admittis. Ais enim gaudere te q̄ ali/
quando neceſſarius tuus videam ſolem : quem vtiqꝫ raro
bibitor araricus inſpexerim Nebulas enim meoꝝ lugdunenſium
exprobras et diem quereriſ nobis matutina caligine obſtructū vix
meridiano feruore reſerari. et tu iſta hec nobis ceſenatis furni poti
us q̄ꝫ opidi verna deblacteras: De cuius natalis tibi ſoli vł iocun
ditate vel commodo: quid etiam ipſe ſentires dum migras iudica
uiſti Ita tamen q̄ te Rauenne felicius exultantē auribus padua/
no culice perfoſſis municipalium ranarum loquax turba circumſi
ſtit In qua palude indeſinenter rex omnium lege peruerſa muri ca

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dunt.aque ſtant:turres fluūt. naues ſedent.egroti deambulāt.me
dici iacent.algent balnea.domicilia conflagrāt. ſitiunt viui. natāt
ſepulti.vigilant fures.dormiūt poteſtates.fenerantˀ clerici.ſyri pſal
lunt.negociatores militāt.milites negociantˀ.ſtudēt pile ſeneſ.alee
iuuenes.armis eunuchi lrīs federati Tu vide qualis ſit ciuitas
vbi tibi lar familiaris incolitˀ que facilius territoriū potuit habe/
re ꝙ̄ terrā Quocirca memēto innoxys trāſalpinis eē parcendū. q̄/
bus celi ſui dote cōtentis nō grandis gloria datˀ ſi deteriorū colla
cione clareſcant Vale ;

Sidonius Campanio ſuo Saluté

ACcepi per p̄fectum Auione lrās tuas quibus eū tibi ſoda
lem veterē mihi inſinuas iudicio nouo Gracias ago ma/
gnas illi.maximas tibi ꝙ ſtatuiſtis de amicicia mea vl̄ preſumere
tuta vel illeſa credere Ego do noticiā viri familiaritatemq̄ nō ſo/
lū volēs.ſ; ⁊ auidus amplector q̄ppe qui nouerā vrām q̄ꝫ graciam
hoc obſequio meo fore copulatiorē. Sed ⁊ tu vigilātie ſue famam
meā cauſam q̄ cōmenda Vereor aūt ne famē ppl̄i Rhomani thea/
tralis cauee fragor inſonet ⁊ infortunio meo publica deputetˀ eſu/
ries Sane hunc ipm̄ e veſtigio ad portū mittere paro . quia cōperi
naues quīq̄ brūduſio ꝓfectas cū ſpeciebus tritici ac melliſ. hoſtia
tiberina tetigiſſe:Quaꝝ onera expectationi.plebis ſi quid ſtrēnue
gerit.raptim facies offerri Vale ;

Sidonius Felici ſuo ſalutem

GAudeo te ampliſſime dignitatis infulas cōſecutū. Sed id
mihi ob hoc ſolū deſtinato tabellario nūciatū non minus
gaudeo ; Nā licet in p̄ītiarū ſis potiſſimꝰ ingrātus ⁊ in lares fila
giranos patricius apex tantis poſt ſeculis tua tm̄ felicitate remea
uerit Iuuenis tn̄ vir amiciciaꝝ obſuantiſſime q̄liter bonoꝝ tuorū
creſcat faſtigiū.raro q̄ genere exempli altitudinē tuā humilitate ſb
limas ; Sic q̄ndam Q.fabiū magiſtrū equitū dictatorio rigori et
Papiriane ſupbie fauor publicus ꝑtulit.Sic ⁊ Gneū pompeium
ſuꝑ emulos extulit.nūꝙ̄ faſtidita popularitas.Sic inuidiā tiberi
anā preſſit vniuerſitatis amore germanicus ; Quocirca nolo tibi
de ſucceſſibus tuis p̄ncipalia plurimū bn̄ficia blandiantˀ q̄ nihil ti
bi amplius cōferre potuerūt ꝙ̄ vt ſi id voluiſſemus. trāſiremur in
uiti Illud peculiare tuū eſt illud grē ſingularis.quo tā qui te emu
lentˀ nō habes.ꝙ̄ nō inuenis que ſequūtur ; Vale ;

Sidonius Explicio ſuo ſaluté.

QUia iuſticia vrā iure ſit vniuerſitati.ꝑcomplura recti expe
rimenta venerabilis.idcirco ſingulas quaſq̄ perſonas id/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ipſum efflagitantes in examen veſtrū libēs ⁊ auidus emitto. q̄mprimū ambiens me diſcuſſionis illos ſimultatis onere laxari. qd demuz ita ſequitur ſi nō ex ſolido querimonias partiū venerandus cenſor excludas. q̄q̄z ⁊ hoc ipſū ꝙ copiā tui iurgātibus difficile cōcedis iudiciū ſit bene iudicaturi. Quis eni ſe nō ambiat arbitruz legi. aut precio aliquid indulturus aut gracie igitur ignoſce ſed tā ſancte conſcientie prerogatiuā raptiz perniciterqȝ properantibus quandoquidē ſentenciā tuā. nec victus vt ſtolidus accuſat. nec victor vt argutus irridet veritatiſqȝ reſpectu. Dependūt addicti reuerenciam graciam liberati. Proinde impēſe obſecro. vt inter Alithium ⁊ paulū que veniunt in diſceptationez. mox vt vtrimqȝ fuerint oppoſita diſcingas. Nanqȝ ni fallar ſupra decē iurales pontificaleſqȝ ſentencias egritudinis huius ꝓpe interminabilis iurgij. Sola morū tuoꝝ temperātia ſolita iudicādi ſalubritate medicabit. Val.

Sidonius Deſiderato ſuo Salutē.

MEſtiſſimus hec tibi nuncio. deceſſit nudiuſtercius veneranda matrona Filimancia. morigera coniūx. dña clemēs. vtilis mater. pia filia. cui debuerit domi foriſqȝ pſona minor obſequiū maior officiū. equalis affectum. Hec cū eſſet vnica iam diu mater amiſſe. Facile diuerſis blandimentoꝝ generibus effecerat. Ne pater adhuc iuueni ſoboles alterius ſexus deſideraret. Nunc autem ꝑſubita. ſuprema virū celibatu patrē orbitate confodit. His addit ꝙ quinqȝ liberoꝝ parens immaturo exitu reddidit infortunatā īfecundam fecunditatez. Qui puuli ſi matre ſuperſtite ꝑdidiſſent iam diu debilē patrē minus pupilli exiſtimarent. Hanc tñ ſi quiſ haud incaſſum honor cadaueribus impēditur. nō uſpillonū ſandapilariorūqȝ miniſteria ominoſa tumulare. Sed cum libitinā ipſam flentes omnes externi quoqȝ prenſitarēt. Remorarent. exoſcularentur ſacerdotū ꝓpinquorumqȝ manibus excepta perpetuis ſedibus dormienti ſimilior illata ē. poſt que precatu parentis orbati. neniā funebrem. nō per elegos: ſed ꝑ endecaſillabos marmori inciſam. planctu ꝓpe caleſcente dictaui. Quā ſi nō ſatis improbas: ceteris epigrāmatum meoꝝ voluminibus applicandā mercennarius bibliopola ſuſcipiat. Si qd ſecus ſufficit ſaxo carmen factū otineri. Vale;

Sidonius Heſperio ſuo Salutē

AMo in te qd litteras amas. ⁊ vſqȝquaqȝ preconijs cumulatiſſimis excolere contendo tante diligentie generoſitatem: ꝑ quā nobis nō ſolū inicia tua. Verūetiā ſtudia noſtra omendas

Nã cum videmus in huiuſmõi diſciplinĩ iunioꝝ ingenia ſucceſ/
cere ꝑter quã nos q̃z ſubduximus ferule manũ. copioſiſſimũ fru/
ctũ noſtri laboris adipiſcimur ; Illud appone ꝙ tm̃ increbuit mul/
titudo deſidioſoꝝ: vt ñ vl' pauciſſimi q̃bus meram latialis lingue
ꝓprietatẽ De triuialiũ barbariſmoꝝ rubigine vendicaueritis eã
breui ſabolitã defleamus: Sed iſtinc alias ; Tu vale ⁊ me ama

Sidonius Heſperio ſuo ſalutẽ D.

Ecce parui tanq̃z iunioꝛ impatis: tu modo fac memineris
multiplicato me fenoꝛe remunerandũ. Id quoq̃z vt facili
us poſſis voluptuoſiuſq̃z opus eſt vt ſine diſſimulatione lectites.
ſine fine lecturias. Neq̃z paciaris vt te ab hoc ꝓpoſito ꝓpe diem cõ
iunxt domũ feliciter ducenda deflectat. Siſq̃z oppido meminens ꝙ
olim marcia hortenſio. Terencia tullio: Calpurnia plinio Pudẽ/
tilla Apuleio Ruſticiniana ſymmacho legentibus meditantibus
q̃z candelas et candelabra tenuere. Certe ſi p̃ter rem Oratoriã cõ/
tubernio feminaꝝ. poeticũ ingenium et oris tui limam frequentiũ
ſtudiorum cotibus expolitã quereris obtundi. Reminiſcere ꝙ ſepe
verſum Corinna cum ſuo Naſone compleuit. Leſbia cum catullo
Ceſennia cum getulico Argentaria cũ Lucano. Cinthia cũ propꝰ/
ſio Delia cum Tibullo. Proinde liq̃do claret ſtudentibus diſcẽdi
ꝑ nupcias occaſionẽ tribui. deſidibꝰ excuſatõez Igit incũbe nr̃z apd
te lrãtoriã curã turba deſpiciet imperitoꝝ q: nata opertum eſt vt in
omnibus artibus hoc ſit ſcientie p̃cioſioꝛ pompa q̃ rarioꝛ. Vale ;

Sidonius Mauruſio ſuo ſalutem.

Audio induſtrie tue. votiſq̃z cõibus vberiore prouentu q̃m
minabat ſterilis annus. reſpondere vindemiã ; Vnde ⁊ in
pago violacenſi. qui marcialis etate citerioꝛe vocatus eſt ꝓpter hi/
berna legionũ Julianarum ſuſpicoꝛ diuturnius te moratuꝝ Quo
loci tibi cum ferat vinea eſt cum preter ipſam predium magno non
minus domino. quod te tuoſq̃z plurifaria frugũ: manſionũ q̃z do/
te remoretur. Jlicet ſi horreis apothecíſq̃z ſeu penu impleta deſtias
illuc vſq̃z ad aduentum hirundineũ vel ciconium iam nuncq̃z nin/
guidos menſes in ocio fuliginoſo ſeu tunicata quiete tranſmittere
nobis quoq̃z paruz in opido fructuoſe protinus amputabũtur cau
ſe moꝛarum. vt dum ipſe nimirum frueris rure. noſ te fruamur. qui
bus vt recognoſcis. Non magis coꝛdi eſt aut voluptati ager cum
redditibus amplis: q̃z vicinus equalis cum bonis moꝛibus ;
Vale ;

Sidonius Tetradio ſuo Salutem.

PLurimū laudis iuuenes nr̄i moꝛibus ſuis aplicāt. Quoti/
ens de negocioꝝ meritis ambiētes ad ꝑitoꝛum conſilia de
currūt. Sicut nūc vir clariſſimus Theodoꝛus domi qui/
dem nobilis. ſed modeſtiſſime cōuerſationis. opinione generoſioꝛ.
qui per litteras meas ad tuas litteras. i. ad meraciſſimū ſciētie fō/
tem laudabili auiditate ꝓficiſcitur non modo reperturus illic ip̄e
quod diſcat. Sed ⁊ foꝛſitan relaturus inde quod doceat. Cui con/
tra potentes factioſos ꝙ ſi veſtra pericia abundet non opitulare/
tur prudentia conſulta ſufficeret. Reſpondete obſecramus. niſi vo
bis tamen vtriuſq̄ noſtrū ſocie p̄ces oneri faſtidio vt reputabunt
iudicio ſuo teſtimonio meo et ſubſtanciam cauſam ꝙ ſupplicis flu/
ctuantē medicabilis reſponſi ſalubꝛitate fulcite. Valeatis.

Sidonius placido ſuo Salutem:

GAudeo mi Placide ꝙ recognoui cartulis noſtris ociū tu/
um occupari. Sed pꝛobe intelligo ꝙ moꝛibus tuis hāc vo
luptatem non operis effectus excudit ſed autoꝛis affectus. Jdeo
tibi plus debeo quia gloꝛie punctum. quem dictioni negares. das
amicicie; De ceteris vero ſtudij noſtri derogatoꝛibus quid ex aſſe
ꝓnunciem nondū deliberaui; Nam qui maxime ſibi doctus vide
tur dictionem ſanam ⁊ inſanā ferme appetitu pari reuoluit. Nō am
plius concupiſcens e recto q̄ laudat ꝙ deſpecta que rideat Atque
in hunc modum ſcientie pompa: pꝛopꝛietas lingue latine. iudicijs
ocioſoꝛum maxime ſpretui eſt. quorum ſcurrilitati negligencia co/
mes. hoc volens tantum legere quod carpit ſic non vtitur litteris
ꝙ abutitur. Vale;

Sidonius S. D. Euodio ſuo:

QVm tabellarius mihi litteras tuas reddit. q̄ te Tholoſaꝫ
mox ꝓfecturum rege mandante certis amicis confitebat.
Nos q̄ꝫ ex oppido longe remotū rus petebam⁹. Me quidē mane pri
mo remoꝛatū vir e tenaci caterua ꝓſecutoꝝ pagine tue occaſio ex/
cuſſit. vt ſatiſfacere mandato ſaltē eques poſſim. Ceterum dilucu/
lo familia p̄ceſſerat. ad duo de viginti milia paſſuum fixura tento
rum; Quo quidem loci ſarcinulis relaxandis. Multa ſuccedunt
conducibilia. fons gelidus in colle nemoꝛoſo. ſubditus ager herbiſ
abundans. fluuius ante oculos auidus ac piſce mixto refertuſ p̄ter
hec iunctā hūs ripe domū nouaꝫ vetus amicus. Cuius imenſe hu
manitati. Nec ſi adquieſcas. nec ſi recuſes. modum ponas. Jgitur
huc nr̄is antecedentibus cū tui cauſa ſubſtitimus quo puer ociuſ
vel e capite vici remitteret. Jam due ſecūde hoꝛe facile ꝓceſſerant.
Jam ſol adultus roſcide noctis humoꝛē radio creſcente ſoꝛbuerat

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Estus ⁊ ſitis conualeſcebāt. atq̧ in profūda ſerenitate contra calo/
rem que tegeret nebula de puluere. Uale;

Sidonius Ruricio ſuo Salutē

Accepi per patrenium paginā vrām que plus mellis an ſa/
lis habeat incertū ē. Ceteꝝ eloquiȷ copiā hanc p̄fert. Uos
olet flores. vt bene appareat nō vos manifeſta mō. Uerūetiam fur
tiua quoq̧ lectione ꝓficere. Quāq̧ ⁊ hoc furtū ꝙ depcaris exēplati
libelli nō venia tā debeat reſpicere q̄ꝫ gloria. Quid tu enim facias
abſq̧ virtute qui nec ipſa peccata ſine laude cōmittis? Ego vo q̄c/
quid impoſitū eſt mihi fraudis vtpote abſenti. libens audio. p̄nci/
pali ꝙ ꝑ munere amplector qui quodāmodo damnū in damnāte
tolleraui. Neq̧ enim qd tuo acceſſit vſui deceſſit hoc nrē ꝓprietati
aut ad incremēta ſcientie veſtre ꝑ detrimenta veniſtis aliena. Qui
potius ipſe Jure ab hinc vberi p̄conio nō carebis qui magꝭ igneo
ingenio naturā decenter ignis imitatus es; De quo ſi quid detra
here velis remanꝫ totus qui trāſferetur. Unde tam parce trepida
re deq̧ moribus amici pluſculū recto ſecus credere. Namqꝫ in hoc
facto. Nos magis vulnus polluit culpe. ſi feriat ictus inuidie. val.

Sidonius Laurentio ſuo Salutem.

Et moras noſtras ⁊ ſilentiū nrm̄ accuſas. Utrūqꝫ purgabile ē
Namqꝫ ⁊ venimus ⁊ ſcribimus; Uale:

Sidonius Petreio ſuo Salutē:

Audio ꝙ lectitādis ep̄lis meis voluptuoſam pacientiā im/
pendas. Magnū hoc eſt ⁊ lrāto viro cōuenientiſſimū. cū ſtu
dns ipſe maximis polleas. ea ⁊ in alns etiā numina complecti. Sꝫ
et hoc ip̄o conſumatiſſima tibi gloria reponderatur. Nā ſatis emi/
net ingenn ꝓprn meritis: qui fuerit fautor alieni. Tu vale ⁊ ad me
litteras aliquādo dato te dignas.

Gaȷ Apollinaris Sidonn ep̄le ma/
gis familiares Expliciūt.

Epiſtole beati Thome de Aquino ꝓbreues ⁊ vtiles Incipiunt
foeliciter.

De modo ſtudendi.

Q Uia queſiuiſti a me in chriſto mihi cariſſime Johan/
nes qualiter te intendere opteat in thezauro ſciencie
adquirendo. hoc a me ſemper tibi datur conſiliũ Per
riuulos ⁊ non ſtatim in mari eligaſ introire. Quia vt
ille ait. Per facilia ad difficilia oportet nos ꝑuenire;
Tardiloquꝫ te eſſe iubeo. ⁊ tarde ad colloquẽtes accedentẽ; Con
ſcientie puritatem amplectere, Oracioni uacare nõ deſinas. Cellã
ſtudŋ tui freq̃nter diligas. ſi vis in cellam vinariã introduci. Omni
bus te amabilem exhibe; Nihil te de aliorꝫ factis penitus intro
mittas. Non multis te familiarem oſtende. Nimia quippe familia/
ritas contemptũ parit ⁊ ſubtractionis a ſtudio materiam admini
ſtrat. De factis ⁊ rebus ſecularium te nullatenus intromittas: diſ
curſum ſuper omnia fugias. Et ꝓborum ſanctorumq; veſtigia libẽ
ter imiteris; Ne reſpicias a quo audias. ſed quid dicatur memorie
recõmenda. Ea que legis fac vt intelligas; De dubŋs te certificeſ
Et quicquid poteris in armario mentis reponere ſatage ſicut cupi
ens vas implere; Altiora te ne queſieris; Illius ſequere veſtigia
qui frondes flores ⁊ fructus vtiles in vinea domini ſabaoth dum
vitam comitem habuit protulit ⁊ produxit; Hoc ſi ſectatus fueris
idem attingere poteris quod affectas. Vale ⁊ hanc ſalutarem epi
ſtolam licet breuem ⁊ omni prorſus verborũ ornatu carentẽ coha/
bitatricẽ tibi in ſtudorio tuo hortor ⁊ obſecro iugiter teneas vt cũ
ea ſepe confabulando de virtute ire poſſis ⁊ proficere in virtutẽ vſ/
q; ad vitam ſempiternam quod tibi ꝑſtare dignetur omniũ ſcienti
arũ parens dñs noſter Jheſus chriſtus. Amen.

De pacientia adquirenda.

D Eſideraſti nudiuſquartus mi Paule vt epiſtolis meis te i/
formarem quonã pacto pacientie virtutem obtinere poſſis.
Faciã hoc breuiter non minus mihiipſi hac in parte q̃ tibi ſatiſſa/
cturus. Si ergo aliquando quiſpiam inſurrexerit contrarius tibi
⁊ verbis iniurioſis te inuaſerit eſto paciens ⁊ tace. Nã illatis ma/
lis dominus reſpondebit; Juſtus enim dominus inultum nõ pa
cietur abire quodcũq; nociuum verbũ. Quid enim tibi nocere põt
ſi bene ꝑpendis alterius malicia. ſi contra te inflat. ſi detrahit ſi in
opprobria ꝓrumpit. Seipſum nanq; magis prodit quia bonus nõ
ẽ. Et tu ſi bonus fueris paciẽtieq; clipeo te armaueris nil mali tibi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

intulit:ſed pocius meritū tuū augēdo ſeipm letaliter vulnerauit.
Tu clarior ex opprobrio corā ſapiētib⁹:tu probatior ex vtute pacientie
Nemini nocz prauitas alterius: neminē ledit vbum contumelioſū
qdiu ipe pius ⁊ imotus fuerit. Omis homo qlis interi⁹ eſt taliſ ei
exterior aduerſitas erit. Quia ſi tu bon⁹ ſimplex ac rectus ac deum
timēs probaris:nemo tibi probitatem iuſticiā ⁊ pacē tuā pōt auferre:
niſi eā volūtarie reliqueris: Hec memorie māda ſi teipm caruz ha/
bes. Vale;

Adhuc de pacientia poſſidenda.

Scribis te ꝛſi ſcdm ſcripta mea vixiſſe. nihilomin⁹ ad iniuri
am proteruaſqꝫ reſpōſiones prolapſum. Quod et hoc tibi ve
nit qꝛ hoc vnicuz vbum imperatiuū tace qꝛ in lris meis in/
ter cetera cōtinetur nō rite obſeruaſti. Nā ſi bene.memi ſcripſi ad te
Eſto paciens ⁊ tace. Paciētē te eſſe ſcribis ſꝫ tamē irritanti te acri
ter reſpondiſſe Reſpondere aūt tacere nō eſt. Nec ē bella pacientia
⁊ magna quā parua res pturbat. Diſce ad minus tacere ad iniu/
riam:quia prudētis eſt tacere in tempe malo. Qui vicere deſiderat
in hoc pſertim bello victū ſe tradat; Cogita ſi quid pceſ mee apud
te valent de corona nō de iniuria.⁊ quomō poſſis aliū ſanare: non
quid poſſis econtrario quaſi zelo iuſticie motus reſpondere. Nam
vt ille ait Quis minor ē vnqꝫ tacuiſſe labor. Si ille non ignoſcit tu
ignoſce quia vt freqter maiorē habet culpam qui alteri iraſcit qm
qui iratū patitur. Miſeroꝝ ppͥe eſt conqueri.⁊ impacientiū citius
cōmoueri : et cauſas alijs imponere. Tu ergo eſto libenter reus vt
fias ante deū innocens; Tu primo a te ipo incipe ⁊ ſic poteris etiā
alium ſanare. Vale ⁊ ſic fac;

De zelo correctionis erga aliū:

Litteris tuis quas Jacobuſ noſter mihi obſignauit ſcribiſ
te zelum habere aduerſus alioꝝ defectus ⁊ te tūc maxime
indignari cū videris a Liborio noſtro contra iuſticiā agi. Recte et
prudenter agis ſi zelum tuum etiā contra tuam ppriam cōmocio/
nem exercueris ⁊ quod in ipſo reprehēdis prius in te emendaueris:
Tuz ergo Liborij culpis iraſceris quid iuuat de oculo ipius feſtu
cam tollere:⁊ tue impacientie motus non cohibere? An tibi videt
non eſſe feſtuca:ſed potius trabs illius culpa? Vide mi Paule in
domino cariſſime ne forte ex tuo iudicio trabē ſuſpicioſe reputes:
qd corā deo vix feſtuca habet Cautus ſis ⁊ felix: Vale;

Adhuc de Judicio Correctionis.

Sic fac mi Paule. Non fidas nimiū pprio iudicio: quia hō
es ⁊ nō deus Siue tū magnū ſiue paruū fuerit ſemp teipm

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Primo cõſideres quia ⁊ tu peccator es. ⁊ tutatõe indiges; Jn q̃ er
go aliũ iudicas teipm ↄdemnas cũ eadẽ facis; Quid eni m̃ ꝓdeſt
ſi aliq̃ ỽbis meis ſanauero ⁊ in ꝓprijs paſſionibus languẽs ꝑmã
ſero. bene illi cui malicia mea cedit in bonũ: ſꝫ ve m̃ ꝓprie ſalutis in
teremptori. Nõ eſt iudiciũ manſueti cordis incõſiderate aliũ corri
pere aut in correptõe modũ trãſire. vel nõ poſſe motũ inuectõis diſ
ferre donec ira in manſuetudinẽ ⁊ zelus amarus redeat in dulcedi
nẽ. Forſitan tũc videbis nõ eſſe tante culpe reũ q̃ rephenderas: ac
eciã magis excuſab ſup quo ꝑus ſubito indignabaris: Sꝫ ⁊ tue
malicie imputab nõ incõgrue ꝙ tantillũ nõ potuiſti incurie ꝑferre
lugebꝗ plus iniuſtã correptõeꝫ q̃ꝫ illi⁹ culpã. Prudẽs eſto ⁊ Vale

De miſericordia libenter ꝓrimo impendẽda

Conq̃reris ſcriptis tuis ac eciaꝫ ſepi⁹ viua cõcione cauſaris
ꝙ Anthoni⁹ Bartholome⁹ ⁊ Frãciſcus familiareſ ceteriꝗ
ſodales nr̃i grauiter ferãt fragilitatẽ tuã. ⁊ quaſi dedignent correp
tiones tuas ꝑamplius ſuſtinere: Qd̃ ſi ita eſt vt eſt pudeat te aliqñ
nondũ didiciſſe ꝑuos liberoꝝ nr̃i hoĩs certe ⁊ benigni ⁊ ꝑurbani de
fectus tollerare qui vel tandẽ infirmitatẽ ꝓpriam ab alijs deſideraſ
portari. Sꝫ ſi me audire volueris cõſilijs meis hũc morbum facile
curabo: Reuertere ad temetipm ⁊ ꝑtimeſce ne amplius graui⁹ deli
quas indignãdo ⁊ male ferendo q̃ꝫ frater tu⁹ peccãdo. Jlle forte ca
ſũ ſuũ mox vt agnouit fleuit ⁊ de cetero cauere ꝓpoſuit tu ỽo impa
ciẽs ⁊ icompaſſiu⁹ pccm̃ tuũ nec inſpexiſti nec fleuiſti. Adhuc ille ſa
tis bene ꝑ amorẽ in corde ſuo tecũ ſtat et nihil mali d̃ te eſtimat. ſꝫ ſe
magis huiliat. et te ſup ſe iuſtificat. videas ergo ſi ꝑfatoꝝ ſodaliũ
nr̃oꝝ ſocietati recõſiliari vis ne ille q̃ tibi pccõr videt: in regno dei
te ꝑcedat. et tu cũ iuſticie preſũptione ſiſis fias ſuperbo phariſeo q̃
reꝓbatus ẽ a dño ꝓpter ſuã ſupbiam aduerſus publicani humili/
litatẽ. Hec perdiſce et tene et melius habebis. Vale;

De ỽtutibus adipiſcendis

Docui te cariſſime Paule indignis lr̃is meis quomõ teipm
debeas vincere. et zelus ↄtra ꝓpria vicia exercere Studeaſ
ergo mag̃ ac magis ꝑficere. et ſemp aliquid vicioſe ↄſuetudinis ã/
putare Sicut eni negligentia vicia nutrire ſolet et ỽtutes amitte/
re ita diligentia q̃libet inueterata mala euertit ⁊ expugnat, Nã et/
ſi labor ẽ in ꝑncipio pugne: tñ cũ videris paulatim hoſtes ruere cõ
ſolaberis de ꝓſpero fine. Jmpedit nos valde m̃ crede ꝙ nõ audem⁹
violentiã inferre nature. o q̃ꝫtos labores faciũt homines ꝓ terreniſ
lucrãdis: et nos ꝓ eternis bonis marceſcim⁹ Nauta petit mare. m̃/
cator circuit regiones. miles fert arma bellica. ruſticus vomere ſci

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dit ſpinoſa arua. Et ſicut cernim⁹ cotidie nemo mortaliū ſine labo/
re pōt diuicias et honores obtinere; Ut q̄d ergo vos o deſideriū
aīe mee mi Paule ꝟtutes ſine magna ſollicitudīe credim⁹ adipiſci
Debemus igit̄ ſi ad aſtra tēdim⁹ hodie aliq̄d boni inchoare. cras
modicū addere. et ſic dieb⁹ ſingl̄is ꝟtutem ꝟtuti. melius ꝓpoſitum
bono ꝓpoſito iūgere. Et ſic efficiemur homines ꝟtuoſi. deuoti. puri
ſci. et religioſi. deo cari. et hōibus gracioſi. Uale et eſto vir fortis.

Amantiſſime fili ꝯquereris ꝙ tibi intollerabile ſit. alīj taꝫ rigi
de ſbiectū eē, Nō fero moleſte. cū tā recēter ad inſueta depu/
tatus ſis Perfer parūp et obdura modicū atq̄ qd̄ neſciſ di
ſce. Miteſcet ferēdi artificō omīs tā grauis aſpitas. Alias qd̄ diſci
pl̄s nō didiceris nō doceb̄ magiſter, putas qd̄ m̄ qd̄ ceteris ſciētie
ē. et inſperato ꝑ auras illapſū venerit; putas res familiaris q̄ pa
tri tuo q̄ alīȷs eciā parta ē aut ſomno h̄iſ aduenerit aut ocio; putaſ
itē ꝙ ſutor ꝙ faber ꝙ officiales ſinguli vl̄ obulū ludo m̄cantur. nō
optīe fili. Nā te te btō Ambroſio. nō ocio nō ſomno m̄ces operat̄. te
igit̄ vigilēz ꝑbeas et tibimet vim inſerētē vt ꝛ nob̄ et patrie futur⁹
ſis auxilio. q̄ plurimā in te ſpē nr̄am ꝯtulimus. Cū preſtim īgenio
plurimū p̄ſtes. vigeas memoria. ceteriſq̄ donis nālibus abundes
Gaudeas igit̄ bn̄ natus. Et te nō frcū p̄uel eterno neq̄ noſ ꝯcepta
iā ꝯdudū de te firmiſſima ſpe ſūmaq̄ fiducia ſpoliare vel̄. Etſi quid
vnq̄ tibi triſticie aut defect⁹ euenerit ocius nos ꝯſule credito cici⁹
tibi ſbuentui erimus. Si ꝟo nos audire renueris me parentes cete
roſq̄ amicos tuos inimicos ſemꝑ habebis. Uale;

Cauſaris cariſſime fili vbilibꝫ me tibi ſolito plus rigidiorē
eē. pueris equaris. Qui ꝙ ꝟbera ſuſceperint. nō quid cōmi
ſerint voce lugubri ſingulis referūt. deferueat dolor quere
la deſinat. nō tibi iniuria ſex iuxta demeritū pena illata ē. Qx ſi nō
a diffamādo me deſtiteris equū eſt iniuriā iniuriantē retorqueā;
Et ſic pena poſterior erit priore maior. Te igitur precautum facito
ne malum cumulet̄ malo. addat̄ dolori dolor. Eciam ꝙ in aſſibula/
cionē ꝓpoſiti tui afferſ ꝙ iniuſte te indiſcreteq̄ correxerim. atq̄ tui
ſimiles ad conteſtandū inuocaueris ꝓ momento habeo: Iā p̄dem
ſiquidē didici. nunq̄ ad ꝯtumaciam pari conſenſu multitudinēz ꝑ/
rupi. ſ a paucis incitari. qui vicioꝝ ſceleꝝ q̄ impunitatē ſperāt cū
plurimis. Te igit̄ queſo ab omni cōqueſtu deſine. Nam quo te am
plius defenderis minus defenſus eris. meq̄ amantē tui ꝛ ſalutē
tuam ſemper querētē tu tibi compabis incurium. Fac tibi ſemper
valeas. q̄q̄ mihi forte valere nō velis.

Diſertiſſimi atqꝫ Ornatiſſimi viri Poggij Florentini Epiſtole per
dulces ⁊ familiares Feliciter incipiunt.

Accepi ex te lr̄as pro Cambio nr̄o non inſanas nec in
elegantes Equidē amabā ipſuꝫ Cambiū ꝓ ſui animi
conſtācia nūc aūt ꝓ ſua ſingulari eloquētia ⁊ doctrina
eundē ⁊ deamo ⁊ colo; Sane vir magnus eſt. ⁊ vere
Mecenas alter; Fuit enim ſupior Mecenas tuꝫ egre/
gia ⁊ eximia ꝟtute tū eciā eloq̄ntia atqꝫ ſapientia p̄ditus Cui in ſin
gulis nature dotibus hic noſter Mecenas parū cedit. Sꝫ hec pau/
ca in laudē ſuam ſufficiant; Florenciam petā Nycolai nr̄i rogatu
agamqꝫ apud eam totam eſtatem. ⁊ ſi me non euoces fortaſſis eciā
hyemē. Atqꝫ ita effugiam emuloꝝ meoꝝ īportunitatem. Vale;

Franciſcus noſter vir doctus ac perhumanus reddidit mi/
hi litteras tuas Judices atqꝫ teſtes tue priſtine humanita
tis. Recognoui tandem Gwarinū meum hoc eſt cū Gwa
rinū qui amore erga me ⁊ beniuolentia equabat omnes vt plane
illa tua facilitas in obſeruandis amicis diligencia non amiſſa ſed
aliquando paululū intermiſſa videat; Ego quoqꝫ is ſum qui ſem
per fui hoc eſt tui amantiſſimus cum nihil pretermiſſum ſit de meo
erga te amore ſingulari; Neqꝫ enim diſiunctio ſentenciarum debet
amicos diſiungere: cum liceat diuerſa ſentire ſaluo iure amicicie;
Et quidē laudanda fuit hec inter nos cōtencio exercicij gracia vt
vel laudando vel vituperando ingenia acueremus; decreui eciaꝫ
ea de re tunc me litteras ad te daturum cum barbarus noſter Bo
noniam verſus proficiſceretur. Quod ne tunc adimplerē deceſſus
pontificis impediuit. cum pluribus antea ⁊ poſt occupationibus
implicarer; Sed erat anim⁹ ſcribēdi cum p̄mum facultas eēt vt ſi
qua eſſet ſuſpicio penitus tolleretur. Jam vale et me ama;

Quod m̄ de vxore ꝯgratularis ꝑgratū eſtimo. Ego enim eaꝫ
rem ꝑpetue voluptati q̄tiqꝫ futurā puto. Cū eni vt ait flac
cus magna dos parentum ſit ꝟtus. Ego eā ſolum ſecutus
ꝯtempſi diuicias que tn̄ plurimū in coniugijs pondrari ſolēt Scri
bit petroni⁹ Rarā fecit mixturā cū ſapiētia forma: Jn ea tn̄ rarita/
te hoc mihi donū dei imortalis ꝯtigit. vt cū vxor q̄ nondū decimū
octauū excellit annū ſit p̄ſtantis forme a ꝟtutibus tn̄ pulchtudo ſu
peret. Siquidē nihil ei deeſt qd in optima adoleſcēte requirat. itaqꝫ
rcē ſatis videor cōſuluiſſe quieti mee ⁊ futuris amicis. licet quidā
ex ipſis ridentes dicāt: Tūc me artē nouā incipe cū definendū eēt
Sꝫ qd bene et honeſte fit. id nunq̄ꝫ fieri ſero putat; Et q̄admoduꝫ
boni poete extremū actū policiorē ꝑfectioremqꝫ efficiūt itidem ego

quod tempꝭis ſupereſt perfectiori vite dedicaui. Uale;

Poggius S.d. Anthonio Gentili.

SCripſit mihi vir doctiſſimus mihiq̧ in p̄mis amicus Nico
laus de Nicolais multa in laudem tuā: ꝯmendans inp̄mis
ingeniū ꝛ doctrinam. Sed quod plurimi cenſeo eſtimandū ait te ſū
ma humanitate p̄ditum delectari ſtudijs nr̄is hoc eſt hūanitatis.
teq̧ cupere eē mihi amicū. meq̧ a te diligi. Ego tantifacio Nicolaū
mi ſuauiſſime Anthoni Judiciūq̧ ſuum tanti exiſtimo vt ex verbiſ
eius ꝛ ſumma te cōplectar beniuolentia. ꝛ idip̄m quod a me rogas
vltro a me faciendū putem; Nihil ē eī vt expectē lrās tuas. tāta ē
amicicia vt nō expectāda ſ3 expetēda ſit ꝛ ei vltro occurrēdū Credo
Nicolao nrō Exiſtimoq̧ te virū eſſe doctiſſimū ꝛ amantiſſimū mei
Sed vide ne forſan fallaris ſcriptis ſuis; Amat me maiorem ī mo/
dū ꝛ more ſuo quos amat extollit vt p̄ſepe nō q̄ntū exigat amicoꝝ
ꝟtus loquat: ſed q̄ntum exigat amor ſuus; Itaq3 hac perbreui epi/
ſtola nuda quidem omni ornatu notas tibi eſſe volui copiolas me
as ne me exiſtimes q̄3 ſim opulentiorez. Ne me ſi fortaſſe Nicolaus
longius profectus eſſet in me laudando q̄3 mee paciantur faculta/
tes iudices te deluſum. Attamen quantūcunq3 eſt quod in me eſt
Offero tibi Poggiū totū quo vteris vt amico ad p̄ſcriptuz tuum;
Uale ꝛ me ama. Ex Rhoma.

Poggius S.d. Claro ꝛ erudito Juueni Martino.

LItteras quas nuper ad doctiſſimuz virum Cinciuz Rho/
manū ꝛ me miſiſti ſumma cū voluptate animi legi. delecta/
tus ingenio tuo quod vltra q̄3 anni ferunt excultum litteris p̄ſpe/
ri ꝛ dicendi facultate; Gratulor itaq3 tibi ꝛ etati tue. qui talē na/
turam nactus ſis vt ꝛ patris tui clariſſimi ꝛ ornatiſſimi Oratoris
eloquentiaz diſciplināq3 repreſentes; Equidem video te eo inge/
nij acumine p̄ditum vt ſi illud colueris diligentia qua cepiſti miri
ficos fructus ſis nobis allaturus Hortor itaq3 te vt omni cura
ac vigilantia prout cepiſti proſequaris eloquentie doctrinā: que
tibi in omni vita permagnū afferet ornamentū; Sed ꝛ hoc tibi ꝑ
ſuadeas volo vt non ſolū dicendi facultatez tibi amplectandā pu/
tes: ſed eciaz bene viuendi inſtitutionē. Uaca igitur mi fili ſimul
litteris ꝛ virtuti. Atq3 horū imitationē ita tibi propoſitā arbitre/
ris vt oīes aperte intelligant te magis ſpōte tua erectū q̄3 inuitā
di neceſſitate impulſū ad laudē ꝛ gloriā conſequendam. Uale;

Poggius S.d. Uictorino veltrenſi viro eloquenti.

LIcet nunꝙ̄ antea mi Victorine ad te ſcripſerim: tantum qȝ
nomine ipo nō aliquo officio noti inter nos ſimus tamē ꝑ
tua ſingulari ꝟtute. Proqȝ in omnes qui ſtudijs delectant̄
humanitatis beniuolētia audebo tibi paululuȝ oneris his p̄mis
lrīs imponere. quod equo animo te ſuſcepturū puto. Scripſi ad il/
luſtrē p̄ncipem dn̄m Marchionē Paduanū Epl̄am quandā quam
confido nō ingratā ſibi futurā. Eius reddende curā tibi iniungere
decreui quo tradat̄ diligētius. Fac igit̄ ſi me amas vt epl̄a ad do/
minū vbicūqȝ deferat̄ ꝑ aliquē qui nobis ea in re ſatiſfaciat. Tu
modū noſti. poteris eā cōmendare cuipiā ex his qui ſūt apud Mar
chionē. Ne aut neglecta abiciat̄. aut reddat̄ tempe incōmodo. mihi
quoqȝ reſcribas oro cū cercior fueris redditā eē vt id ſciā; Si vero
contigerit te epiſtolā legere tuum mihi de illa iudicium ſignifices
velim hoc erit mihi gratiſſimū: Nam plurimi faciam ſententiā tuā
Vale; Bononie ꝛc̄.

Poggius Florētinus Enee Cardinali Seneñ. S. d. p.

CVm audiſſem Reuerendiſſ me pater te factū eſſe Sacroſcē
Rhomane eccl̄e Cardinalē gauiſus ſum ſane maiorē ī mo/
dū. ꝑut amor in me tuꝰ ⁊ mea erga te obſuantia poſtulabat; Idcir
co m̄ maxie fuit voluptati. eā dignitatē q̄ maxia eſt in te collatā. q̄
nō ambitu vel grā ſꝫ ꝟtutū ſtudijs q̄ſita eſſe videret̄. Accedit q̄ȝ ad
ſummā meā iocūditatē ꝙ vir eloquētiſſimꝰ optimiſqȝ artibꝰ erudi/
tus frēm tandē ⁊ eloq̄ntie ⁊ doctrie qd̄ praro accidit ſit ꝯſecutus. in
q̄ gloriari q̄dāmodo m̄ merito videoꝛ poſſe nrī q̄ndaȝ oꝛdis viꝝ h̄
ē eloq̄ntie ſtudijs ⁊ dicēdi exercitio p̄ſtantē eo in ſtatu eē collatū vt
ſue doctrine emulos ſectatoꝛeſqȝ extollere ⁊ eis p̄ſidio atqȝ oꝛna/
tui eē poſſit; Magnū ꝓfecto eloq̄ntibus viris ſuffragiū ex hac tua
dignitate ꝓpoſitum eſſe videtur. Cū ſint habituri veluti certū refu
giū in quo illoꝝ deſideria cōquieſcant; Ego quidem p̄mum tua
tum vero mea. tum eloquentiū oīum cauſa gratuloꝛ ⁊ exulto te in
tam inſigni loco poſitum nō ſecus acſi aliqua mihi ꝓſpera fortūa
acceſſiſſet. ⁊ illum mihi diem illuxiſſe felicem puto qua declaratus
Cardinalis; Cum palam factum ſit locum eſſe pꝛobitati ⁊ doctri/
ne ⁊ nō ſemꝑ neglectā iacere virtutē; Quod vero ad me attinet ma
gnū incrementū rebus meis exiſtīo eē fcm̄; Scio enī te maioꝛi aīo
q̄ȝ hi quoꝝ mens ⁊ volūtaſ remiſſioꝛ ē in doctis hoībus ſſbleuādis
Senciāt alij qd̄ velint: Virū doctiſſimū ⁊ oꝛnatū ꝟtutibꝰ ncēe eſt
doctos diligere ac bonos; Nō m̄ tñ tm̄ arrogo vt ꝓfitear me doctri
na ⁊ virtute pꝛeditum eē. Id dico dediſſe me operā quoad facultaſ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

mea paciebatur vt non in poſtremos eſſem reiciendus ; Nolo vt plures ſolent cōmorari in tuis laudibus aut meritis enumerādis ne videar (quod vicium procul abeſt a meis moribus) adulatoriſ officium aſſumpſiſſe ; Hoc tamen profiteor tante dignitatis tibi gradum tanꝙ̃ tuarum virtutum premium fuiſſe tributum ; Vale Poggij tui memor. Ex Florencia.

Poggius Florentinus Enee Cardinali
Senenſi S.D. plurimam

CVm quererem aliquid epiſtole argumētū pater ⁊ domine mi Reuerēdiſſime Nihil ſane occurrebat qđ aut mea ſcri/bere aut tua ſcire maxime intereſſet. Et tā cū ſcribere cupiam recurram ad illud quod te ipſum credere arbitror me penitus tuum eſſe tibiq̃ ſatiſfaciendi cupidum. Si qua in re mea tibi cura ſtudio opera diligentia opus eſſet. Quāuis hec mea pollicitatio inanis eſſe videtur cum rure habitem. Vbi ne mihi quidem videor ſatiſface/re poſſe neduꝫ alijs meam opam polliceri. Receſſi enim iam duduꝫ cum familia ab vrbe declinandi morbi gracia vbi ſuffultus libris inter hos ruſticos aliquid mihi ſapere videor ; Legens tamen ſe/pius mitigo ſolitudinem que hoc tempe videtur eſſe ſalubris ; Sꝫ legendo aſſequor vt minime videar eſſe ſolus: Sed in p̄ſtantiſſimorum virorum ceta quoꝝ vocibus melior fio. ⁊ ab inani appetitu remotior ; Verum quod in p̄mis ſcribi oportuit poſtremum erit ; Ago tibi gracias quātas poſſum maximas ꝓ litteris tuis quibuſ Germanica negocia patefacis: q̄muis non ea ſint que vellemus. Deus aliquando finem imponat diutine calamitati ⁊ conſanguineos reges nō ſinet inter ſe odijs amplioribus deflagrare; Italia noſtra non minus ꝙ̃ Germania diſcors eſt vbi ſemp aut viget bellum aut belli metus inſtat ; Sed quando hec ad te ſcribo que tu/ipſe melius ꝙ̃ ego noſti ſatius eſt ceſſare ; Quare vale. Et memen/to noſtri. ⁊c̄.

Poggius S.d. Anthonio Panormite.

ESt m̄i frequens ac iocunda conſuetudo mi Anthoni cum p̄ſtantiſſimo patre ⁊ domino meo Epiſcopo Laudēſi quem ego obſeruo ⁊ colo diligenter. tū ꝓpter viri ſuauitatē. tū ꝓpter cōium ſtudiorū coniunctionē ; Eſt enim vir tū omni doctrine gn̄e excellēſ tū vero deditus ſtudijs humanitatis a quibus ego quoq̃ nō ſuꝫ alienus. Accedit vt me q̄ꝫ diligat: habeatq̃ loco filij neq̃ me deſpiciat faſtu quodā vt multi ſolent quos nouimus ſꝫ ſumma cum humanitate ⁊ beniuolentia. que res effecit me ſibi admodū familiarē eē ⁊ ego illū freq̄nter ꝯueniā ⁊ ip̄e me veluti ſibi deditiſſimū ꝯplcāt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Js cum te ſepiſſime multis laudibus interloquendū extulit: tum ꝟo nudiuſtercius cū Leonardus Karolusq̃ aretinus Nycolaus de Nicolais viri oīm doctiſſimi. egoq̃ vna apud epiſcopū prāderemus. Nā te ſtudijs deditū eloq̃ntie ſummo ingenio ſuauiſſimis moribus ⁊ quā ita doctrina ꝓditum pluribus ꝟbis retulit: Adeoq̃ȝ i tua cōmendatione moratus ē vt omnes ad tuū nomen exhortaremur diligeremusq̃ȝ ⁊ incognitū ⁊ abſentē. Tanta ē enī ꝟtutis vis vt noſti vt etiā ignotos in q̃bus ea cōmendetur. nos ꝓuocet atq̃ȝ impellat ad amandū; Ego aūt licet his quos retuli nulla in re ſim ꝯparandus: equabo tñ omnes affectione erga te ⁊ caritate q̄ vt ꝯgnoſcas q̃ꝑrimū exoptaui a te hos ꝟſus tanq̃ voluntatiſ mee iudices. Ea ē vt te diligam deinceps coramq̃ȝ habeam. qđ vt fiat mutuum te vehementer rogo; Vale; Rhome.

Pogius S. D. Philippo ſuo.

ET uerbis tecū ⁊ poſtmodū lrīs egi vt velles eſſe nobis cōſultor atq̃ȝ adiutor in cauſa Angeli de geneſano vt fiat ciuis cū ea condicione de qua tecū locutus ſum. Verū adhuc nil neq̃ȝ temptatū neq̃ȝ actū eſt. quia nequaq̃ adhuc tibi: ſed paulo poſt viſum ē tempus id poſcere. nō conſtitui rem aggredi: niſi accedat ⁊ tuū ⁊ aliorum conſiliū q̃mq̃ nunc quidē cōmode poſſe fieri dicant; Jdeo te rogo vt exiſtimes nō Angeli: ſed meū negociuȝ agi. Huic enī cupio ſatiſfacere ꝓpter eius in me beniuolentiā; Suſcipias reȝ hanc oro ⁊ nos conſilio atq̃ȝ auxilio adiuua; Multa potes nō ſolum ſcribēdo componēdoq̃ȝ hoc decretū: ſed ⁊ ſuadendo; Sȝ Paulus noſter tecū loquet̃ de hac re Duo eſtis huiuſmodi reꝝ peritiſſimi. Quos nihil poteſt fugere; Cura igitur vt intelligam tuam operam Angelo plurimū ꝓfuiſſe quod erit mihi gratiſſimū; Vale

Pogius Anthonio panormite S. D. plurimā:

IOhānes lamola adoleſcēs vt ꝑcepi tū doct⁹ tuȝ ſtudioſus attulit ad nos libellū Epigramatū tuoꝝ q̄ ſcribis hermofroditū. op⁹ ⁊ iocoſuȝ ⁊ plenū voluptatis. Hūc cū legiſſet p̄mo vir clariſſim⁹ anthonius luſcus multiſq̃ȝ ꝟbis laudaſſet ⁊ ingeniuȝ ⁊ facultatem dicēdi tuā (Nā liber ē ſuauiſſimus) Miſit deinde illum ad me legendū; Delectatus ſum me hercule varietate rerum et elegantia verſuū. Simulq̃ admiratus ſum res adeo īpudicaſ adeo īeptas tam venuſte tam compoſite dici; atq̃ȝ ita exprimi turpiuſcula vt non enarrari: ſed agi videantur. Laudo igitur doctrinaȝ tuā iocunditatem carminis iocos ⁊ ſales tibiq̃ȝ gracias ago pro porciuncula qui latinas muſas que iam diu dormierunt a ſomno excitas. Pro caritate tamen quia omnes debitores ſumus Vnum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eſt quod te monere ⁊ debeo ⁊ volo. Ut ſcilicet deinceps grauiora mediteris; Hec enim que adhuc edidiſti vel etati concedi poſſunt vel licencie iocandi. Ita ⁊ Uirgilius adoleſcens luſit in palpegia et multi preterea qui poſt laſciuos verſus ſerioribus vacauerũt. Ut enim Terentius noſter refert hec etas aliam vitam alios mores poſtulat. Itaqꝫ tuũ erit iam miſſum facere laſciuiã ⁊ res ſerias deſcribere. ne arguatur vita tua impura. Scis enim non licere nobis qui chriſtiani ſumus ꝙ olim Poetis qui deũ ignorabant. Sꝫ fortaſſe ſub minerua tu hoc idem ſentis quod laudo proboqꝫ. Et te ad maiora hortor; Hec bono animo accipias rogo. Ego enim tuus ſum tu Pogium aſcribe tuis; plura ſcripſiſſem ſi per ocium licuiſſet. Uerum alias eris longiores ſi hec tibi non diſplicuerint. Uale ⁊ quando id mutuum fieri intelligis me ama;

Poggius S. d. p. Bartholomeo Cãcellario Senenſi.

LIcet doctrina ⁊ ſcientia prediti ſua ſponte commendati eſſe debeant apud doctos ⁊ preſtantes ingenio viros ꝓpter qđ ſtudia ipſa litterarum ſumma homines inter ſe beniuolentia coniungunt Tamen pro viro doctiſſimo mih[i] qꝫ imprimis amiciſſimo intercedere decreui vt id ad quod tua te humanitas inuitat accumulatius fiat mea interceſſione. Frãciſcus noſter Juriſconſultus peritiſſimus tante eſt in hoc genere facultatis vt meo iudicio priſcis illis viris doctiſſimis ſit proculdubio comparandus. Sed quoniam ſepius accidit vt in aliena ꝙ̃ in ꝓpria patria virtus hominũ ſit acceptior cupit hic quod ſolent ꝑclari verſari in aliquo celebri theatro. In quo poſſit ſuoꝝ laborum fructus conſequi quos non in queſtu ⁊ lucro: ſed gloria ⁊ laude conſiſtere putat; Id ſe aſſequi facilime exiſtimat. ſi in his vt ait ſtudijs ſe exerceat. Non immorar pluribus verbis in laudibus eius ſed id eſt me ſentencia vt nemini iuris doctrina cedere Eloquentia vero multos precedere videatur; Idcirco te oro atqꝫ obſecro per amiciciam noſtrã vt des operã vt Franciſcus ꝑ futuro anno eligatur ad eam Juriſ lectiõem quã ſua virtus meretur. Non perſcribam tibi quomodo. qua via. quibus rationibus id ſit agendum. Sed peto a te ne deſis ſpei noſtre et iam concepto de tua prudentia ſcio te facile aſſecuturum quod cupimus ſi animum intenderis; Quod vt facias vehementer rogo. atqꝫ ita vt amplius rogare non poſſim; Uale.

Poggius S. d. Johanni Lamole.

QUm paucis ante dieb[us] Romã reuertiſſẽ abfuim[us] enĩ duob[us] mẽſibus ruſticãdi cã ſic demũ ſcripta q̃dam reliq̃ram ſup

menſam reuoluerē diligencius incidi in epſlam tuā que mihi reddi
ta fuerat paulo ante diſceſſū meū. Et cum denuo eam legiſſem. vt
tibi pro mea conſuetudine reſcriberē. rūdere oīno erubui. Profecto
aiaduertens quātis mēdacijs epſlam referſiſſes; Totus eni occu/
paris in me ornādo ſcribens multa acſi me nunq̄ vidiſſes. q̄ ⁊ tu
pſpicere potuiſti. ⁊ egomet ſcio q̄tum ſint a me aliena. Sed vt ho/
die Romani dicere ſolēt cū quis eos pter modū laudat. Quāuis
te plane mentiri ſciam inquiūt. tñ me laudes tue delectāt. Ita quo
q̄ me oblectauit ſuauitas ſmonis tui conſiderantē nō q̄ vera eēnt
que ſcribis. ſ q̄m venuſte ornateq3 a te dicerent vt veriſilia poſſent
videri ⁊ſi pcul abſint a veritate Quid vo ad ea reſcribā nihil ſane
occurrit n̄ me exiſtimaturū fuiſſe ridēdi poggij cauſa tā copioſas a
te lrās cōfectas. n̄ ab eo ſcriberent quē nō dubito eſſe amantiſſimū
mei; Hortor igit te vt dimittas deinceps hoc litterarꝝ genus quo
qui vtunt adulatores qui libēter de ſe audiunt īpudentes videri
poſſunt; Semꝑ id ſcribas qd ſentis. neq3 te longius amor proue/
hat q̄ veritas: neq3 q̄ntum dicendo queas cōſideres ſ quātum po
ſtulat cauſa p qua es dicturus. Et ſi quempiā grā ingenij exercen/
di vis laudare eū tibi aſſume quē ornare nō vitupare videaris:
Ego autem te diligo ⁊ ingeniū tuum. mores eciā amo. Atq3 vt v/
bis tibi corā ſum pollicitus ita ⁊ lrīs abſens recipio me tuū eſſe q̄s
p facultatibus vtaris; Vale; Panormitā vbis meis ſaluta.

Expliciūt Eple magis familiares diſertiſſimi
Oratoris Pogij Florentini.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Diſertiſſimi atq; eloquẽtiſſimi oratoris Leonardi Aretini Epiſtole magis familiares Feliciter incipiunt.

Leonardus Aretinus S.D. Laurentio ſuo.

SEpius ad te ſcriberẽ mi ſuauiſſime Laurenti. niſi ea te conſtantia preditũ eſſe cognoſcerẽ. vt certe noſter amor nec intermiſſo remitti ſilentio. nec litteris intendi iam conſueuiſſet. Huc etiam accedit humanitas ⁊ beniuolentia tua: qua etſi multum apud omnes vtaris maxime tamen inimicorum vel erroribus vel negligentia certare te delectat. Non quia tue diffidam amicicie q̃mq̃m tibi ſcribo: ſed vt meo deſiderio morẽ geram. Quantã enim ex tuis litteris voluptatem caperẽ. tantã etiam ex meis te coniecto ſumere; Libet enim aperte tecum loqui. Ea quidez noſtra ꝓceſſit amicicia. vt nec tacitas cogitationes tuas. nec ſuſpiciones abſentionis verear; Amo te mi Laurẽti. ⁊ ſine te minime delectant ſtudia. Sed poſtq̃m res tua te a me diſtraxit. nec me tibi preſentez mea permittit neceſſitas. Inueni quo pacto hanc noſtram iacturam temperemus. Cõmunicatum eſſe velim ſi quid apud me eſt quod tibi prodeſſe arbitreris. Vale;

Leonardus Aretinus S.D. Laurentio ſuo.

MItto tibi orationes Ciceronis. non recte quidem ſcriptas ſed ⁊ male emendatas. Eas tu retinebis arbitratu tuo. Reſcribiq; facias ſine vlla procraſtinatione; Nam mihi quidez cordi eſt ⁊ quos mecum habeo libros apud te omnes deponere ne ferantur vna nobiſcum. in hac noſtra fluctuoſa tempeſtate et ambigua peregrinatione. In qua nec portũ nec ſedem certam proſpicimus; me quidem penitet ſic ꝑperanter a vobis receſſiſſe. Nam potuiſſem quatuor adhuc dies aut plures ad cõmunem voluptatẽ adiũxiſſe Rumores enim qui afferebant de receſſu Pontificis vani erant; Sed preteriti vates preclari futuri inſcij. Volumen Epiſtolaꝝ q̃d mecum portare nequiui ſi tibi cõmodum eſt ad me tranſmittas rogo. Vale mei memor;

miciadi obit pius

Leonardus Aretinus S.D.P:

GRauem ac atrocẽ cepi nunciũ mi Laurẽti ⁊ qui maximuz in vulnns inflixit mortẽ ſcz patris nr̃i Colluc ij eloquẽtiſſimi oĩum ⁊ ſapientiſſimi viri. quẽ ego multis lacrimis ꝓſecutus ſũ ingenti cordis acerbitate. Nõ enim ſine magno inexplicabiliq; dolore luctum viri tam ꝯſtantiſſimi poſſumus cohibere. ñ omnino velim⁹ aut vecordes aut ĩmemores eẽ tot tantoꝝq; bñficioꝝ q̃ ipe dũ

vixit ꝑ ſua clemētia atqꝫ humanitate in nos otulit. Quāqꝫ hoc qui/
dem ē nobis cōmune cū multis quos ille partim vrbis ampliſſimiſ
ornauit ptim ſblevauit factis magnificētiſſimis. Sed aliud quod/
dā eſt quod nos omnes qui ſequimur hec ſtudia humanitatis cō/
pellit eē ſūmo in merore ac luctu; Amiſimus enim patrē ſtudiorū
omīm ſtudioſiſſimū. Amiſimus hominez nrī pre ceteris amantiſſi/
mū. amiſimus portū ac refrigeriū omniū eruditorꝫ. lumē patrie he
ſperie decus. Vidimus multos. multa legimus de qꝫ pluribꝰ cla
riſſimis viris. Ac vix in vno homine tot dona nature tantam vim
doctrine. tot deniqꝫ vtutes congeſtas nunqꝫ profecto inuenire pote
ramus. Nil enī nobis eius conſuetudine ac colloquio quibat eſſe
iocūdius. Quid vt amittam qꝫ pater cōmunis erat omniū ⁊ ama/
tor bonorꝫ quale illud omnes in quibus ꝯſpiciebat lumē aliquod
ingenij nō ſolū intendebat verbis ad vtutē vo mlto magꝭ tum co
pijs tū libris ſuis iuuabat. Ego tibi ea narro que tu multo ⁊ plus
⁊ melius noſti q̄z ego de ipſius etatis curſu ſi vita ſupererit alias
latius conſcribemus; Vale;

excuſa° ingratitu[illegible]

Leonardus Aretinus S. D. N. ſuo.

Cogita animi egritudine vt tibi notū eſſe arbitror ⁊ ingenti
merore torqueor eo qꝫ ingratus tuis maximis in me bene
ficijs eſſe cogor; ſꝫ pſuade tibi mi dulciſſime N. qꝫ erga te ſemꝑ bo/
no animo ſim; Sed incurabilis hec tempeſtas ⁊ nephanda huiu/
ſce temporis condicio iā ſuū curſum agunt; Quantū autē ſtrcdua
tionibus illius miſerande vrbis que nūqꝫ de ſuis erumnis (dn ve
lint fallar) nondū ē habitura ſolita auxilia adducere putabā nulli
quidem mortalium ignotum eſſe poteſt. Sed vt ad te redeā Quis
alter mihi tā neceſſarius: tamqꝫ ſanguinis copula cōiunctus. ami
cicieqꝫ cōſuetudine admotus eſſe poterit qui tot mecum muneribꝰ
egiſti. Sꝫ celites tibi gracias acturus relinquo. cum haud tantuz
eſſe poſſim vt illas tibi reddam; Verū te cumulatiſſime accuratiſ
ſimeqꝫ et oro ⁊ obſecro vt in tanta beneficiorū ſerie idipſū adncias
vt depoſitū egrumqꝫ in tantis ꝑcellis animuz ⁊ recreas ⁊ aliquo
ſolamine erigas atqꝫ ad meliorem ſpem ſi qua ē mutes. Tu velim
ad nouiſſimū dabis operā vt bona valitudo tibi cure ſit. tibiqꝫ ſoli
to amantiſſimus ſum. Vale;

Leonardus Aretinus Omni bono ſuo S. d. p.

Neſcio quibus verbis aut qua ratione vti queam ad hanc
imenſam animi mei leticiam voluptatem qꝫ exprimendam;

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Tanta eni eſt magnitudo gaudij vt omnia v̄ba ſeuiora frigidiora
q̄ videant. Redditus ē eni m̄ frater amicus comes familiaris ſo/
cius ſtudioꝝ pariter ⁊ voluptatū. Atq3 inde redditus ē. Unde eius
reddicionē iam pleniſſime deſpauerā. a duriſſimo carcere ⁊ truculē
ta fera. a manibus inanis tyrāni. qui ſontiū ⁊ inſontiū cordib᷒ pa/
riter inhiat. Redditus ē mihi ab hoc tā toruo tāq3 ſeuo portēto me᷒
dulciſſimus atq3 ſuauiſſimus Panagotes atq3 inde ſoſpes ⁊ inco/
lumis euaſit. Abijt meror. ceſſauit afflictio. receſſit ani aſſidua egri
tudo. Neq3 eni m̄ poterat quicq̄3 eē dulce dū is amicus quem ego
pluſq̄3 dimidiū anime mee ſemp amaui In ſqualore atq3 carcere de
tinebat. Ah quos ego dolores quas erūnas perpeſſus ſū. quoti/
ens ſupos atq3 aſtra cuta appellaui. Quociēs altitonātis iuſticiā
inculpaui. qui talia ſufferret. S3 vt inquit ille. Lento quidē gradu
Iā eni nō ſolū ex libatione tua leticiā capio. ſ3 etiam ex ruina huiuſ
nouiſſimi phalaris q̄ mihi imenſum accumulat gaudiū. S3 hec ſa/
tis; Nūc v̄o dulciſſime atq3 ſuauiſſime panagothe Sic eni magis
q̄3 omne bonū appellare iuuat. Nā tantidē ſignificat ⁊ min᷒ habet
aſperitatis vt vnq̄3 te amaui ita etiā te nūc amo. Et vt de tua iniu
ſtiſſima captiuitate. ita de tua dulciſſima liberatiōe ſūmam obleta
tionē animi capio; Et quoniā hoc loco poſitus ſum pſcrutari q̄d
curia habeat Romana: ſi quid ē quod te delectet vł vſui tibi exiſti
mes m̄ notū face; Ego quicq̄ mea opera ſtudio diligentiaq3 effice
re poſſum in tua poteſtate totū eſſe ꝯfiteor. Uale;

Diſertiſſimi atq3 eloquentiſſimi Oratoris Leonardi
Aretini Epiſtole dulciores expliciūt.

Ex eloquētiſſimi phalaridis epiſtolis e greco in latinū per Fran/
ciſcum Aretinum tranſlatis digniores ſequuntur.

Alciboo.

Policletus Meſſenius quē ꝓditionis apud ciues tuos
inſimulas morbo me incurabili liberauit. Nec ignoro
me dolores tibi ⁊ lacrimas annūciare Te aūt neq3 ipe
medicine artis inuētor Eſculapius cū omibus dijs ſa
nare vnq̄3 potuiſſet. Aduerſam eni corpiſ magnitudinē
ars ſanat: animi aūt morbo ſola mors mordet; quā tu p multis et
magnis ſceleribus nō quidē coactis quoꝝ me arguis ſed volunta
rijs grauiſſimam expectato: Uale;

Policleto.

Neſcio quid de te potius admirer Policlete? medicine ne fa
cultatem? an morū fidem? Facultas enim aduerſam tyrā
ni valitudinē mores aūt tante cedis pmia vicerūt. p hec ambo iu/

k z

ſticia tua diſcurrẽs duobus me ꝑiculis periclitantẽ vi ſcz incura/
bilis morbi ⁊ hoſtiũ ꝑmῄs libauit. Soli nanqꝫ tibi licuit ſi morbo
ꝑiſſem tyrannũ videri īteremiſſe: qḋ tibi ꝑlimuz ad eiuſmodi ꝑmia
ꝯſequenda ꝓfuiſſet. Uer enimuero noluiſti ꝑciuz iniuſtũ iuſte lau
di ꝑferre. Siquidẽ fortaſſe occaſio illa tempis ad me interimenduz
ꝓpter morbũ iuſte cedis cauſam nõ habuit. Ego igitur quia ita me
cum egeris cũ in tua eſſem poteſtate dignã tanta virtute grãm re/
ferre nequeo. Hoc vnũ ſcio eã te aſſecutũ doctrinã: que deo digna
ſit qui medicine artẽ inuenit. Uerũ tamẽ tũ medicine tum ⁊ fidei
laudibus miſi ad te animi mei erga te monimẽta puri auri phialaſ
quatuor. crateras argenteos nõ nrĩ tempis artifici duos. poculo
rũ tericleoꝝ paria decẽ. puellas impollutas viginti. quinquagin/
ta milia atticoꝝ. Scripſi ꝑterea ⁊ teucro vt in reꝝ mearũ diſpenſa/
tione id tibi ſalarium daret qḋ nauiũ gubernatores ⁊ corpiſ cuſto
des ⁊ reliqui centuriones accipiũt paruã profecto ꝓ tanto benefi
cio vicem. Sz addat minori mee gratitudini me confiteri nõ habe/
re q̃ pacto ꝓ meritis debitũ tibi poſſim ꝑſoluere. Ual. Policleto

Liberaui tui grã Caleſtũ qui m̃ tam manifeſte inſidiaſ fece
rat: vt nõ ſolũ eas confiteret: ſed diuratos ⁊ indicaret. adde
retqꝫ quo loco ⁊ qñ ⁊ qua racione me aggreſſuri eſſent. At
q̃ immemoris viri eẽ videbat homĩs ſalutẽ ei denegare: qui ſalutẽ
alῄs elargiat. Simul eciã reputabã meũ eſſe talez grãm referre me
dico q̃ me libauit. Tuũ aũt longe decẽtius accipere: q̃ medicine ꝑn
ceps es ⁊ omnes ſanas indigẽtes. Cognoſcat aũt temeritatẽ ſuã
Caleſtus: ꝙ vite a te graciam accepit quam alῄ iniuſte abſtulit. ab
ſtulit eni͂ q̃tũ in iꝑo fuit ꝙuis fortũa nõ ꝑmiſerit. val. Meſſenῄs

Audio vos Policletũ medicũ nrm̃ tanqꝫ aggrigentinoꝝ ꝓ
ditorẽ accuſare ꝙ cũ me grauiſſimo morbo laborantẽ inte/
rimere potuiſſz: eo me libauit. ⁊ iuſticie eius laudẽ in iniu/
ſticie accuſationẽ vertitis. Neqꝫ vos huiuſcemõi ꝯfiteri pudet. ego
aũt admodũ eius artẽ ſ3 longe magis mores admiror ꝙ cũ me tan
qꝫ morientẽ ſue fidei creditũ haberet nõ vt tyrannũ interemit. ſ3 vt
egrotũ omni conatu in ꝑſtinam reſtituit valitudinẽ. Atqui veſtriſ
calũnῄs minimo q̃dem detrimẽto affectus ẽ mea autẽ in ſe liberali
tate inter ſeculoꝝ ditiſſimos in primis poteſt annumerari. Nõ igit
ignoro qui ob meam in Policletũ liberalitatem omnes aggrigen
tinoꝝ proditores pocius q̃ꝫ phalaridis percuſſores dici exoptetis:
Ualete; Meſſenῄs:

Non ignorabã quin de tripotibus delphicis ⁊ aureis coro
nis ⁊ alῄs mltis ꝑcioſiſqꝫ muneribus q̃ dῄs vriſ recupate

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

bone valitudinis grā miſimus alteꝝ faceretis vt ſcȝ aut ipis dijs
pie offerretis aut his neglectis inter voſ ea partiremini qđ ipſi feci
ſtis. Simulata namqȝ m̄ iniuria pateſcā ē. Atſi nrā que ea miſimus
grā profana fuerint in deos ſacrilegiū cōmiſiſtis. Quid eniȝ refert
munera iā dicata an tantū deſtinata dijs auferre. vtraqȝ enim illo
rū nō mittentiū ſunt. Nos igit̄ graciā in deos vos impietatē oſten
ditis. Siquidē ⁊ dantem me ⁊ vos rapientes nouerūt. ſatis auteȝ
habeo vt deoꝝ qui a vobis ſpoliati ſūt irā experti vos ipos ſceleſtoſ
intelligatis. Nā tū ex alijs tū ex eo ꝙ miſſa a nob munera eſſe vob
lucro putaſtis nihil eoꝝ ſceleratū eē confitemini n̄ forſitan ipſi the/
ſauri duplicē ſortē habeāt: ſi inter vos diſtribuant̄ bonā. malam ſi
dijs darent̄. Preterea palā vos ipos impietatis arguitis. Princi
pes eni decernēde hoſtilis pecunie cauſā ad ppl̄m referūt. Voſ aūt
pplus ad pn̄cipes ⁊ ꝙ oīm grauiſſimū ē deos tanqȝ malos homies
ſi munera a tyrāno accipiāt ꝓdicionis inſimulatis. verū q̄ ſnīa ve/
ſtra bene rēpub. gerūt qui ve nō ſemel meſſanū q̄admodū aggrigē
tū ſi quas pecierāt eis pecunias dediſſem mee dicioni ſbdidiſſēt im
pune dimittitis: cuius rei cauſa ē ꝙ eadeȝ eſtis qua illi ſnīa neqȝ li/
bere in huiuſmodi autores animaduertere poteſtis cū omnes ca/
piēdis muneribus ſitis obnoxij. Sed ne videar muneꝝ gratia hec
dicere. minime quidē hāc ampli⁹ curā ſuſcipiaȝ. meritas ꝟo temeri/
tatis vrē penas his dabitis quos violaſtis. ⁊ de me ⁊ de his que
in eos: impie auſi eſtis: Valete; Valete aūt cū dupliceȝ habeat
ſignificationē nolim vos ignorare in deteriorē partē vobis eē acci
piendum.

Megarenſibus.

Non q̄ror de ingratitudie vrā: ꝙ tū bene ſepenumero de me
meriti ſitis in finiū ↄtrouerſia que m̄ cū finitimiſ erat falſū
ↄtra me ꝓhibuiſtis teſtimoniū. Meā aūt accuſo ſtulticiaȝ ꝙ
a vobis freq̄nter laceſſitus adhuc nō ſum factus ſapiētior. Nam cū
nullo vnqȝ tempe nrōrum erga vos beneficioꝝ memores fueritis:
nos tn̄ acſi nūqȝ ea obliuioni mādaſſetis nrām erga vos beniuolē
ciā liberalitatemqȝ ſemp oſtendim⁹. Valete.

Tirheno.

Si eos qui neceſſario iniuſte aliquid admiſerūt in poſterū
meritas expectare penas oportet q̄admodum in egeſtenſi
um cōſilio concionatus es cū opa mea ad diuinā ꝓuiden/
ciā retuliſti: quenā ſpes de teipo habēda ē: cū nō ex neceſſitate ſ ſpō
te tua ⁊ ↄſulto in iniq̄ omīa ꝓlabaris. Val.

Teniſippo:

Filio tuo ꝓpter iuuentā: tibi ꝓpter ſeniū pcim⁹. q̄uis nullaȝ
veniā mereamini. verū niſi a temeritate deſiſtatis neqȝ illū
iuuēta neqȝ te ſeniū eripiet. immo eo vos grauiori ſupplicio

afficiemꝰ quo maiore venia digna duximꝰ. Val. Teloſtrato:

ADmodū mihi riſu ⁊ admiratione dignū videtur ⁊ quiſpiā admonitionibus tuis melior fieri poſſit ⁊ continentior. qppe qui alios caſtigare vult omni cū crimine liberꝝ eſſe oportet. Tu vero ⁊ his que in aliis reprehendis ⁊ innumeris aliis ob/noxius tanq̄ omnino irreprehenſibilis alioꝝ errores corripis Vale;

Menaclio.

ET equos tibi ad pugnā paratos miſimus. ⁊ Teucro vt pecuniaz daret mandauimꝰ. ſi q̄ alia re tibi opus eſt ne pigeat ad me ſcribere. nihil enī tam magnū a nobis petieris: quin id tibi libenti animo largiamur. Vale;

Agilao

THeſauros noſtros quoſcūq̄ nobis deus largitus ē ad fortune mutationes cōdidimus nō in ſinu terre queādmodū admones. ſ; in amicis qui a nobis dona accipere nō dedignant. Tu vero neq̄ in hoc benignū te nobis exhibes vt q̄tū in no/bis ē ſi pn̄cipatu deciamur vllam ſpem habere poſſimus. Atqui ſi non p̄us nūc ſaltem tanq̄ depoſitū accipias mihi ſeruandū ⁊ in hoc amici fūgare munere: nullā enī terre partē fidam nob ducimꝰ ſi vobis amicis optimis tanq̄ puluere diffidamus qui ſi fortūati fueritis q̄uis aduerſa me fortūa ꝓſtrauerit letuſ tn̄ felicē me exiſtimabo. Vale;

Eumelo.

ALius iniuria affectus nullā inferenti minetur vlcionem vt quā minimū apud illum ſuſpectus habeat. ego aūt degeneris viri officiū exiſtimo neſciū atq̄ incautū aggredi quare cū me leſeris vlcionē caueas admoneo vt ante expectationis metu tandem ipſo ſupplicio torquearis. Vale;

Amphinomo.

CVm in viros bonos aliquid confero nō dare mihi ſed acci/pere ab his potius beneficiū videor. quare te rogo ne tan/q̄ dantem me ſed debentem tibi graciam eo q̄ que miſimuſ accepiſti exiſtimes. vale;

Erithie.

ET mea cauſa plurimam tibi debere graciā intelligo. et communis filii quem tibi reliqui Erithia mea q̄ cum patria exularem vidua permanere quam cuipiam nubere malui/ſti. cum te plurimi vxorem expeterent. filii quoniam tui meo ⁊ matris mee munere ⁊ patris functa es. neq̄ virū alium pro phalaride neq̄ filiū ꝑ paurola tibi delegiſti. Sz ꝑ ſecundo viro p̄ore contēta es. ꝑ alio aūt filio quē ex p̄mo concepas educare ſatiꝰ duxiſti. pge igit̄ ⁊ viri ⁊ filii tui grā in eā quā ſponte tua cepiſti educatōez vſq̄

dum ꝑ etate edoctus neqꝫ pr̄is amplius. neqꝫ m̄ris indigeat. Hoc
ego abs te maiori ſtudio cōtendo. nō ꝙ matri ⁊ huiuſmodi maxīe
in filij beniuolentia diffidā. Sꝫ vt pater vnico filio metuens. Po/
teris aūt ex animi tui affectibus patrū in filios metu intellecto m̄
ꝙ ſic ad te ſcribā ignoſcere. Vale ; Paurole.

MAxime vtrūqꝫ parentē fili mi amare te decet ⁊ plurimi face
re filio nāqꝫ ⁊ piū eſt. ⁊ honeſtū. vt genitorem ⁊ qui tot in ſe
beneficia cōtulerint recordetur Quod ſi in altero ab officio
deſiſtendū ſit patrē potius ꝙ̄ matrē negligas oportet. Nō enim pa
ria tibi ſint ⁊ patris ⁊ matris ī filioꝝ educatione officia. Nam hec
q̄dē cū eos tulerit. pepererit edu:auerit innumeros q̄ꝫ alios ꝑ his
ſbijt labores. Jlle autem cū a patre educatus ſit filius. et adultus
nō ere eius ſe fructū ꝓmereri arbitraꝉ cum nihil in eius educatiōe
moleſtū tulerit. Peculiare aūt quoddā ⁊ magis ꝓpriū ꝙ̄ cetere ma
tres tua in te ius habet ꝓpter meū exiliū. vt enim te educaret pluri
mū laboris perpeſſa ē. amboꝝ curas ſola ſuſtinuit Tu igiꝉ q̄ vtriqꝫ
parenti officia debes vni matri que omnes ꝑ te labores ſubijt red
de. Paternis namqꝫ officijs materno amore ſatiſfacies. Nihil ego
ampli⁹ abs te efflagito ſi in eā quā debes pietatē oſtenderis immo
⁊ accepiſſe abs te maiorē ī modū beneficiū ꝓfitebor. Decēs enim ē
ſi matri grām pro multis in te officijs retuleris maximum a patre
bn̄ficioꝝ tuoꝝ iniciū exiſtimari. Vale ; Paurole.

QVe a patre in filiū debentur officia tibi preſtitimus pau
rola. q̄ ꝟo tu patri debes cū poſſis reddere negligꝭ vehemē
ter erras. Audio enī te bonas artes cū ſepenumero te accu
ſaui ꝯtemnere. Nullū aūt aliđ abs te peto beneficiū ſi h̄ ſpreueris.
Atqui ſcias velim erudicōis vtilitatē ſi m̄ obtemperaueris nō eū q̄
grām accepit h̄ q̄ dederit lōge maiorē ꝯſecutuꝝ. Val. Paurole

CVm in himerā neceſſario veniſſem. ſteſichori filias cuꝫ po/
emata canerēt audiui ꝓrim que ſteſichorus. ꝓrim q̄ ipe ꝟgi
nes ediderant ꝉhaꝝ ꝟo carmīa. ſteſichori carmibus inferio
ra alioꝝ aūt ſi quis ea ꝯpararet lōge erant elegātiora. Quāobrem
⁊ eū qui docuerat ⁊ eas que p̄ter naturā in tantā venerāt eruditi/
onem feliciſſimas duximus. Age igitur paurola (maxime enī hac
quoqꝫ cauſa deſidero) vt doctrine inuigiles. Qua tandem ſnīa cor
pus armis. venationibus alijſqꝫ exerces laboribus: animum aūt
grecis litteris diſciplinisqꝫ incultum reliquis ? quē primum ⁊ ſo/
lum in his exerceri oportuerat. Corporis enim cura habenda eſt
bone valitudinis non corroborandoꝝ membroꝝ gracia: niſi quis
in ſacris agonibus exerceri velit. Animi aūt mores oēs eū intel

ligere oportet qui in republica cū dignitate victur⁹ ſit: niſi fortaſſe (qđ pleriq₃ accuſant) ad tyrānidis cupiditatē aſpires. acſi tibi iu/re ipō cōueniat. idcircoq₃ corpis vires exerces tanq̄ tibi ad huiuſ modi pncipatum aſſequendū neceſſarias. Verū ſi recte ſapies ab eo quē pncipatus penitet ſentenciā accipies: qui nō ſpōte ſ₃ coacte hāc ſibi vitā delegit qui tyrannidē exptus: tyranno ſbiectus q̄ tyrann⁹ eē mallet. Ille enī vnum dumtaxat tyrannū formidat aliis incōmo dis liber. Tyrānus aūt (⁊ qui extrinſecus inſidias moliūtur ⁊ qui ſe cuſtodiūt) timet. Neceſſe nanq₃ ē vt in formidine ⁊ in miſeria ipoſ pmum vereatur cuſtodes. quare ſapienter accepta conſulentis pa/tris beniuolentia equalē te omnib⁹ exhibeas. Perpetuos vo met⁹ ⁊ piculoꝝ ſine vlla quiete arbitriū ⁊ hoſtibus. ⁊ hoſtiū filiis relin quas. Qđ ſi rex inexpientia ⁊ iuuentute pulcꝝ quidē atq₃ iocūdū tyrannidem et non potius ſupremas calamitates exiſtimas maio rem in modū aberras. Verū tu deum precare: vt nunq̄ in tyranni ce fortune experientiā venias. Vale;

Camerinenſibus.

ET in geliam miſi ⁊ ad Leōtinos et ad vos item mittendu₃ exiſtimaui: vt mihi in pſentia auxlio eſſetis. neq₃ enī armiſ neq₃ equis: neq₃ viris indigemuſ (quoꝝ vacuā habere dici tis ciuitatē) ſ₃ pecunia. Leontini nobis quinq₃ talenta q̄primum miſerūt Geliī pmiſerūt decē: vos aūt neq₃ Leōtinis tardiores: ne/q₃ Geliis minus liberales arbitramur. Valete;

Licinio.

NOn recte in Leontinoꝝ concione me (acſi affuiſſe₃ tibiq₃ po tuiſſem reſpondere) interrogaſti: quis? vnde? quibuſ ve ſim progenitoribus? Ego vo quēadmodum me ipm Phalarī Laodamantis filiū. genere Aſtiphalēſem patria exulem tyrannum Aggrigentinoꝝ multa expertū. ⁊ animo in hūc vſq₃ diem inuicto nō ſecus noui Liciniū Cinedum in pueris. in iuuenibus fallacē. in mulieribus adulterū. temerariū in legibus. luxurioſū in volupta/tibus. ſegne₃ in pace. in bello deſertorē. qui ⁊ tuaꝝ in me concionū. ⁊ hoꝝ (quibus te reprehēdo) ſceleꝝ m̄ penas dabis. ſi nō citius. at ſaltē cū Leōtini meo in ſe bello defeſſi te mihi captū tradent. Vale

SI meū ꝯtra vos bellū ſolui deſideratis. nihil veriti mihi Liciniū tradite. vt omni ira ⁊ indignatōne mea in eū effuſa a meo in ciuitatē vrām furore deſiſtā. Nihil enī in eū grauius animaduertem⁹. q̄ vos omnes cupere intelligemuſ Valete;

Leontiniſ

Leontinis.

LEonidam (quem res meas exploratū miſiſtis) captū a me cū interimere poſſem liberaui. non vt vobis rem gratam fa

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cerem. ſed ne quererem qui meum vobis contra vos belli apparatū
certo ſignificaret. Etenī ipe ſine cruciatu libere mihi veſtros con/
tra me paratus aperuit. vos ſcȝ omniū indigentes preterq̄ famis
⁊ formidinis. quibus abundare vos plurimū atteſtat. Valete ;

Hieronimo.

ROgaſti me quibus adductus rationib' Leontinos in agꝝ
(quē mihi afferūt) contra me impetū facientes victurū me
cenſuerim. Ego vero ꝙ iuſtiorem cauſam habeā omitto. Quippe q̄
non ſum belli autor. ſed ꝓpulſo illatum Hoc enim nullius eſt apud
vos momenti. illud autē quod ⁊ ſi vos diſſimuletis ſcire tamē voſ
neceſſe eſt. dicere ſane poſſum viris fortibus. Pecunijs. manibus.
equis me ſuperaturū. quorū omnium vos indigi cum eo hoſte cer
tatis qui ⁊ hoꝝ ⁊ fortune opulentiſſimus eſt. Vale ;

Nicophemo

QVos in Leontinoꝝ cōcione mirabili cruciatu periſſe enu/
meraſti. eos cum nobis inſidias tenderēt interemimus. tu
aūt nō intelligis. cū calamitoſum eoꝝ defles interitū. non ſolū his
exemplis nobis non moliris inſidias. ſed et Leontinos (quos con
tra nos in bellū cogis) pigriores reddis vt in talem hoſtem iniu
ſte bellū moueant. Neqȝ enī fieri poteſt eundem ⁊ odio haberi pro/
pter crudelitatem. ⁊ ꝓpter molliciem contempni. Qd ſi ad vota res
ſuccederent. neqȝ in his certaminibus vobis inuidemus neqȝ cō/
tendere dehortamur. Vale ; Timonacti.

IN bello leondinos. vt autem dolori ſufficias nec penitus
abſumaris non omnia tibi ſignificamus q̄admodum vno
cū his ⁊ Thaurominitanos ⁊ ladenſes eoꝝ ſocios ſupaui
mus. Neqȝ ꝙ captiuos talentis centū pro his acceptis dimiſim'.
Quippe nolim te tam felicis nunq̄ dolore extinctō īmerito videri
hominem interemiſſe. Vale ; Samee.

CVm mores tuos optimos ⁊ incredibilem erga homines
humanitatem intelligam. Cunqȝ proximorū infelicitates
pie ⁊ humane ꝓprios ducas dolores et calamitateſ. breui ad
te ſcripſi et cauſa me et nauali pugna et legionibus et equeſtri tan
dem certamine viciſſe vt hoc nūcio q̄admodum bonū benignūqȝ
virū decet perpetuo doleas; Ingenioqȝ et tam perditis tuis mori
bus debitas penas luas. Vale ; Ariphradi.

TEmeritas et iuuētutis inſcicia innumeros homīes ꝑdidit
quibus duobus affectibus filiū tuum agi nō ignores ve/
lim. Qui cū me hiſdē quos memoraui furorib' ad vindictā
prouocauit. me tamen continui tibi non illi ignoſcens. Multorum

enī teſtimonio incredibilis tua ꝓhibetur hūanitas. Idcirco nō pu
taui ob filij maliciā nihil male meriti patris ſenectā dolore afficien
dam. Quippe qui cū vnū duntaxat filiū habeas etſi omnino malū
alterius tñ̄ ſucceſſoris inopia diligis: prauitatē enī filij patris be/
niuolentia vincit. Verū niſi iam deſinat tuiſq́ʒ ⁊ meis pareat ad/
monitionibus nō ignoret ⁊ tibi et mihi breui meritas penas datu
rū. Ne autem malicie pertinaciā ignorantia excuſet ea de re ⁊ ad te
⁊ ad illū epiſtolas miſimus. Vale; Niceneto.

SEpe numero patri tuo ſcripſimus te monitum faceret vt a
temeritate ceſſareſ. effecit forſitā vt odij tui formidine id nos
rogaſſe arbitrareris. Ego vero an ſic res ſe habeat me ſcribē
dū quidē ſentio: Atqui cū intelligerē patrē tuū ſenez modeſtiſſimū
neqʒ alios habere filios illius miſtus ⁊ nimie tue ob etatez auda
cie parcēs in hunc vſqʒ diem te ꝑtuli. Te aūt neqʒ patris in vnico
filio ꝑiclitantis ſenecte miſeret neqʒ tibi conſulis qui ita in duricia
perſtas. Sʒ forſitan quoniā nihil in te grauius animaduertimus
cū ceſſare nolueris licere tibi exiſtimas quod neqʒ longe te poten/
tioribus licuit. Quoad igitur optio datur vtrū cōmodius ducas
vide! noli Tymādrum imitari ſed vtili potius inimico q̄ʒ exicioſo
conſultore vti velis. Vale; Ariſtomeni.

NOli egre ferre vulnera que in bello accepimus. grata tamē
m̄ eſt tua in me beniuolentia ⁊ hūanitas. Veꝝ tātum ab/
eſt: vt ea iniquiori animo feram: vt ⁊ſi parū a morte aufue
rim ⁊ſi diucius me victurum perſuadeā: optaſſem celerius in bello
occubuiſſe? Quid enim viro generoſo melius: q̄ʒ in virtutis ⁊ victo/
rie contentione fortiter finire. Vale; Xenophito:

NOn me turbant calumnie neqʒ opiniones: quas de me ho/
mines habent: qui iniuſte me accuſant: Neqʒ vlla alia cau
ſa: q̄ʒ quia euenire intelligo alios natura malos. me autez
huiuſmōi eē neceſſitate q̄ diis potēcior ē. veꝝ hoc inuicē differim⁹.
ꝙ cuʒ mihi ꝑ̄ncipatus gracia plura liceant qui ſim profiteor. vos
autē priuati legum fortitudine opera veſtra diſſimulatis. Vale;

Cathanīs

CUm ad me ciues veſtri captiui deducerentur: non nullos
tamen (omni cum ſpe decidiſſent. quia non admodū vobis
eorum vita cure erat) liberauimus. non ꝙ mei erga vos odij obli
uiſcerer. Maxime namqʒ obliuioſus eſſem. ſi minorem ira mea vlci/
onem a vobis accipere ſatis mihi exiſtimarem. verū tamen ꝓ meri
tis mihi penas dabitis. quot ⁊ quanta in me admiſeritis vobis
cōmemorabuntur. Valete; Cathanīs.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Vos fortaſſe ſatis mihi penaꝝ dediſſe de his arbitramini q̄
in me ⁊ in meos inique egiſtis.cū pro triginta viris impie
a vobis cōbuſtis quingentos milites ꝓ ſeptem direptis talentis
plurimos cenſus amiſeritis Ego vero qđ in hūc vſqꝫ diem paſſi:
eoꝝ que paſſuri eſtis ꝑmum fuiſſe id nūcio.adeo vt que nobis fau
toribus hoſtes vobis mala inferent cōfiteri erubeſcendū ſit. Non
tamen contra vos odium meū remittā donec qui mūdum regit ꝓ
uidentia eandem in eo gubernādo ſeriem ꝓſequitur. Indicaui aūt
vobis bellum:non tam mea q̄ȝ deorum gracia:in quorum manibuſ
⁊ ſeruare omnia ⁊ perdere ē:Siquidē diuinam ſortem vt ⁊ reliqua
nature elemēta etherius ignis ſortitus ē.in quē cū impie innocēteſ
viros ꝑieceritis:non phalarim ſꝫ qui omnia conſpicat̃ ſolem vobiſ
inimicum comparaſtis. valete; Critophemo.

Boni amici officium ⁊ tu ⁊ omnes qui plus equo meam ex/
tollitis fortitudinē facitis cuꝫ conſilio: ⁊ opa nrā victos a
nobis leontinos predicatis.Certo aūt ſcimus que neceſſa
ria fuerūt nos diligēter ꝓuidiſſe:ex optatiſſimā vero victoriā a for/
tuna confectam.Nihil eſt enim in humanis rebus vir amiciſſime
ſiue magnū ſit ſiue exiguū.quin illi⁹ nutu agat̃.val̃;(Polignoto

Et donare tibi aliquid in poſteꝝ ⁊ ſcribere deſinā Polignote
Ceſſato autē ⁊ tu a laudibus quas de me apđ alios ꝑdi/
cas.Re enī me accuſas.cū mea rēnuis munera.verbis ꝓ do
me ⁊ laudibus ꝓſequeris.Neqꝫ animaduertis ſmonē reꝝ vmbrā
a ſapientioribus exiſtimatū. vale; Arioco.

Gloriari ꝑfecto de nobilitate.vt de alio quouis bono licet.
Ego autē ꝟtutem ſolā.nobilitatē ſcio cetera omīa fortunā
Et fieri poſſet quidē alius ex ignobilibuſ parentib⁹ claruſ
alius ex claris ignobil̃.ipeqꝫ ſeipſo ⁊ abiectiſſimis ignobilioꝛ Ita/
qꝫ animi ꝟtutē apud ſiracuſanos laudib⁹ ꝓſequi debeſ nō maiorū
mortuā in ignobilibus ſucceſſoribus nobilitatē.vale;

Demoteli.

Ignoſco tibi ꝗ ita me admoneas ꝙ cū nunq̄ȝ tyrannus fue
ris tyrāno tyrānidem deponere cōſulis. Neqꝫ deoꝝ mihi
quempiam affers ſecuritatis fideiuſſorem. Tui fortaſſe fidem ha/
bere poſſem Te autem dignum cenſes cui tanta de re adquieſcam.
Neqꝫ animaduertis fere periculoſius eē deponere pncipatū q̄ȝ oc
cupare.ad ſummā ita de tyrānide queādmodum de generatione ⁊
vita ſenciendū eſt Neqꝫ enim homo ſi fieri poſſet vt anteq̄ȝ naſcere
tur.quenā mala in vita paſſurus eſſet audiret naſci vnq̄ȝ voluiſſet
Neqꝫ ꝑuat⁹ q̄ tyrānidi ſtuderet ſi illi⁹ intelligeret calamitateſ tyrā/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

rnus potius q̄ꝫ ꝑuatus eſſe vellet ſic demoteles homini nō naſci q̄ꝫ
ꝗ priuatū q̄ꝫ tyrānum eē vtilius intelligo: Quod ſi ante occupataꝫ
tyrānidem eius m̄ narraſſes conditionē. ⁊ hoc m̄ tunc dediſſes cō/
ſiliū obtemꝑaſſem ꝓfecto. Sed cū tyrānus ſim ⁊ ꝑncipatu coactus
in multa inciderim nō mō hoīm nemo ꝫ ne deoꝝ quidem potentiſſi
mus hāc tyrānidem deponendā mihi ꝑſuaderet. Haud enī ignora
mus quibus quantiſqꝫ nos affectos ſuppliciis ab his in quos gra
ui⁹ aīaduertim⁹ vitā poſtreō finire cogeremur. val: Epitharmo.

Cum ⁊ demotelis de deponēda tyrānide ꝯſiliū nō ab odio
ſed reꝝ ignoratione ꝓfectū intelligo. Aggredi enī tirānideꝫ
appetentis ē: deſiſtere aūt minime ꝓpter multa q̄ a tyrāno in
iuſte cōmittunt ꝙadmodū ſagittarius cū ꝑmo ſagittā emi
ſerit nō amplius habet eā reuocādi poteſtatē. Si fieri pōt vt huius
tyrānidis tollat̄ iniciū id facite queſo. ſin nequit ſciatis velim lōge
min⁹ fieri poſſe: vt vr̄i in monit⁹ ꝯferre videant̄. val̄: Epitharmo:

Sufficis ſolus nob cū iuſtos nos arbitraris. ⁊ ſi nemo hu/
iuſmodi de me tuo teſtimonio credat. vnus eī talis vir oīs
m̄ ſicilie norma ⁊ regula ē. Temerariā aūt multitudinē ſo/
litudinis ſupplementū exiſtimam⁹ cui ⁊ ignorari ⁊ deteriores q̄ꝫ ſu/
m⁹ videri fortaſſe nō eſt inutile ꝫ multos habes tui ſiles ⁊ hoīm ꝑ
ſtanciā nō numerū reputamus: cū quibus noſti nos ⁊ bonos eē ⁊
equos. Quod ſi ſolus eſſes ſatis nos abundare teſtibus neqꝫ alio
rū egere laudibus duceremus. Vale; Hippollicioni.

Aditū tibi ad me vt rogas ꝑmitto. Nullū aūt tibi ſecurita/
tis iuſiurandū damus ꝫ fidē. Quod ſi v̄bis meis nō cred
nūc ꝓfecto nec iniuria afficit teqꝫ ipm nūc m̄ accuſas: Cuꝫ
enī nō ignores nemī me vnq̄ꝫ fidem fregiſſe acſi de me male ſentias
petis iuſiurandū veꝝ quid refert ad pietatē iuſiurandū ne an fid̄
frangat̄ vtrunqꝫ enī anim⁹ confirmat. Vale. Hippolicioni.

Si accepta ex tuis moribus ꝯiectura m̄ nō fidis prudentiā
meaꝫ non maliciam accuſas. Sin ex meis mei ignoratione
plurimū aberras. tantū enī abeſt: vt fidē frangā. vt cū ex aī
mei ſnīa ceteris ſupra q̄ꝫ liceat credā acſi firmiorē fidē. pietateꝫ ha/
beāt ſepenumero deceptus ſum. Mihi igit̄ ſine dolo ⁊ fraude fiſus
nihil a me iniuſti perpetieris. ꝫ apud omnes teſtimonio cōfirmare
poteris ea fide phalarim eſſe. vt neminē vnq̄m decipiat Vale;
Nicee.

Hiſdē de rebus q̄bus filiū tuū odio habes ꝙ mores tuos nō
imitat̄ ab omnib⁹ diligitur ex quo intelligere potes te hn̄s
oibus inuiſum eē qui euꝫ amore ꝓſequunt̄. Val̄. Adimanto.

Audio tibi eſſe cū fratre ↄtrouerſiā vter veſtrū ſit peior: cuꝫ
tu illum ille contra te peiorē atteſtetur. Ego aūt arbitror vł
potius cōpertum habeo ceteris hominibus illum: te eciaꝫ
illo nequiorem. Uale ; Egeſtenſibus

Nolite meos exules recipere: nemo enim vnqꝫ phalarim neqꝫ
in bona neqꝫ in mala referenda grā vicit. Hoc vos ex leon
tinoꝝ ⁊ melitenſiū cauſa probe intelligere poteſtis. quorū
alteris libertatis leontinis ſuitutis autores fuimus. Hnſqꝫ Tri/
remes meas ſubmerſerūt. Melitenſibus vero quia ſbmerſaſ recupe
rare curauerūt. Ualete ; Antiſteni.

Ex his que miſi muneribus Antiſtenes partē Theotinus
nihil accepit. Quāobrem alteri grām habeo: de altero nihil
queror. Ille eni cū acciperet meas nō minuit facultateſ hic
vo nullo me damno affecit. Uale ; Menecli.

Non te peniteat bonū euaſiſſe. ſi vis a paterna iniquitate ali
enus exiſtimari. aliter ſupioris temporis apud Camarinē
ſes bonā de te opinionē amittes. Simulaſſe enim aliqn̄ p/
bitatē nō re ipa bonus fuiſſe videberis. Uale ; Epiſtrato.

Non ſecus qꝫ ad fortunatū aliquē ad me ſcribere videris. ego
aūt condicionē meā tibi paucis explicabo ſcꝫ a pma infan
tia orbum fuiſſe. a iuuentute fati iniquitate patria exulaſſe
res meas maiori ex pte amiſiſſe. barbaris educatū eſſe moribus.
ex omni terra iniuria affectū pfugiſſe. Neqꝫ ſolū ab hoſtibus ſ ab
his quos beneficiis proſecutus ſum inſidiis circūueniri ⁊ tyrāno
rum vitā in tyrānide deteſtari. Si hoc inquā eſt fortunatū eſſe for/
tunati pfecto ſumus. Uale ; Onetori.

Et tu et omnes amici hoc ſane mihi facietis gratiſſimum ſi
nihil de me pcunctabimini neqꝫ curioſius inquiretis n̄ qđ
ipſe voluero Eiuſmodi enim fortuna opprimimur vt noſtra
cognita cōdicione letari magis inimici qꝫ incognita egre amici fer
re poſſint. Uale ; Iſonido.

Alioꝝ qui me leſerūt inimicicias vt hortaris libenter obli/
uiſcar. Mortales eni cū ſimus imortale (vt aiūt) odiū ſua
re mime decet. pithōis aūt aduerſū me immanitatē non mō
viu' obliuioni nō mādabo ſed ne mortuus quidē qđ omnib' vitā
functis euenire cōſueuit. Quippe qui iniquitatē omīm maximā in
me molitus eſt. Siquidē poſt meū exiliū erithiā vxorē cū eius nu/
ptiis recuſatis me ſequi vellet veneno necauit. Ual. Traſmōri

Caſtellū qđ tu dū oppugnareſ dereliqſti. excurſiōe a teucro fcā
ea celeritate euerſū ē. vt ocius id captū qꝫ hāc eplaꝫ ſcriptam
ſcias velim. Uale ;

Ariſtoloco.

SJ ꝑterea ꝙ pithagoras phus ſepenumero a me accerſitus
venire huc noluerit q̄admodū eū qui meam fugeret cōſue
tudinē laudaſti. tibi calūniam attulit ꝙ nūc ad me venerit. ⁊ q̄ntū
iam menſē vna mecū in voluptatibus ſit iꝑfecto laudi ē. apud me
enī ne breui q̄dem momento remāſiſſet ń mores nrī ꝯueniſſent. valꝫ;

TJ fortaſſe ⁊ alij conſanguinei qui egre fer/ Egecippo.
tis Cliſtenis exiliū eū ſibi male ꝯſuluiſſe in his quibus pa
tria pulſus ē. Nūc tandē ꝯgnoſcitis cū nulli⁹ remedij tpus
ſit ń penitētie. Ego aūt cū inani gl'a maxīe in republica ꝟſaretur tū
maiorē in modū ei⁹ vicē dolebā ⁊ lrīs ad eū meis rex exitus teſta
tus ſū: Jpe ꝟo honoris voluptate elatus agebaꝫ fortune imemor
⁊ nos nugas ⁊ deliramēta ſcribere tanq̄ʒ reipublice omnino exper/
tes arbitrabaꝫ. vel poti⁹ acſi tyrānidis nrē grā nollemus quēpiaʒ
videre recte rempub. adminiſtrantē quoad magis q̄ʒ opus fuerit i/
flatus ſuis ipē flatibus ꝓſtratus ē. ſuoqʒ nō mediocri detrimento
nō phalarim ciuilis gubernationis ꝑter pn̄cipatuʒ ꝫ ſeipſum vul
gi penitus ignarū cognouit: Eiuſmodi namqʒ vulgus ē vt eciam
calamitates ſe ſeq̄ntes alliciat. ⁊ pn̄cipia euētibus nō conſentiant.
Ego igiꝫ ⁊ quicunqʒ nō omnino ſtult⁹ ē mallem ⁊ incerta me mul
titudo ſibilijs q̄ʒ honoribus exardeſcit tpibus valde damnoſū eſt.
eius aūt beniuolētie opinio. exilia. mortes. ꝓſcriptiones. vel his ni
hil tolerabili⁹? Per Jouē maximū Egecippe vt ſentim⁹ ſic te alloqui
mur. ꝓplus omnis temerarius eſt: demēs: deſidioſus: ꝓmptiſſimus
in quodcūqʒ cōtigerit mutare ſn̄iam: pfidus: incertus: ferox: prodi/
tor: fraudulentus: voce tantū vtilis. ⁊ ad iram ⁊ ad laudē facilis.
Hoc fit vt qui in agēda rep: populo placere annitiꝫ honeſtis pere/
at cōtumelijs: Nōnulli tam̄ adeo inſaniūt et temerario impetu vl'
ea poti⁹ rabie precipites feruntꝫ vt nō tm̄ filioꝝ flagrent deſiderio ⁊
nupcijs intēti nō libētius vxores ꝯcupiſcūt ⁊ pecuniaꝝ cupidi nō
ſic eis inuigilāt et armoꝝ. belli. equoꝝ olimpicoꝝ. agonum gracia
ſtudioſi. nō tantope hoꝝ ſingl'is delectentꝫ q̄ntum qui miſerā grām
inanes honores et plauſus in ſuū detrimentuʒ aucupantꝫ. Quoꝝ
vicē familiares maxime dolore. inimicos ꝟo leticia maxīe ꝓſequi
oportet. Vos aūt Cliſtenis neceſſarij eū conſolamini ſi forſan ini/
quiori animo res humanas paciaꝫ. eiqʒ ne amplius his ſe rebus
imiſceat acſi maiorē in modū erret diſſuadeatis. Vale;

ARgentū tibi nihil poſt acceptas lrās morati Anthonoe
miſimus. Exiſtimam⁹ enī nō grē mō tps eē ꝫ celeritatis. tria
igitur talenta que petiſti dedimus vt ſoluta pro filio mulcta in pa/

triam ab exilio reuocet:ne diutius ꝓfugus aberret. Jpa nanqȝ ex/ꝑientia plane nouimus q̄ȝ calamitoſū ſit exilium. Ceteꝝ ⁊ alia tua ſponte nr̄ā addidimus vt publicatas poſſeſſiones recupes. Jn po/ſteꝝ v̄o Cliſtenē admoneas vt a regēda rep. abſtineat ne ve ampli/us his ſe exerceat negocijs in quibus publica vtilitas ꝓuatū odi/um comparatur. Et licet ſuos ip̄e affectus nequeat moderari cōſobri/ni tn̄ vtat exemplis qui reip. ignoratione patria pulſus ne occupa/ta quidē tyrānide in eū reſtitutus ſū. neqȝ adeo iocundū principa/tum exiſtimo q̄ȝ acerbū exilium. Hec ego ꝑ deos ad vos ſcribo nō ꝙ que ad vos miſi munera me dolore afficient: ſ3 caſus veſtros mi/ſeratus: neqȝ vt nihil amplius vobis elargiar: ſed vt me in meliori fortuna vtamini: in qua cū familiariſſime me vtentur: his me ꝓm/ptius ⁊ liberalius exhibebo. Vale. Cliſteni.

NOn qd̄ multi ſolent (qui cū admonitionibus nihil ꝓficerēt re confecta exprobrāt) id ego facere volui neqȝ idcirco hāc epiſtolā ad te mittendā arbitratus ſū. vt in quo preter ſen/tenciā aberraſti cū optimis meis nō obtempares cōſilijs augereȝ tibi calamitatē. nihil enī aliud grauius mihi eiuſmodi hoīes mo/liri videnť: ꝗ̄ cōſiliū ſuū maximis extollere laudib' qui in aduer/ſam fortunā inciderint accuſare ꝙ neqȝ ſuā ipſi ꝑnorint vtilitatem neqȝ monitoribus paruerint. Ego v̄o cū impendētia tibi mala in/telligerem ne his opp̄mereris familiariter te admonui. Nūc in ad/uerſis rebus tuis que vtinā nunq̄ȝ accidiſſent ipſe q̄ȝ tecuȝ erraſſe ⁊ tecū miſer eſſe mihi videor ꝑmonui ne acciderēt. Nūc autē ſeu ca/ſu ſeu cōſulto ita ſe res habuerit tecū ſimul dolore afficimur. neqȝ tibi aduerſam exprobramus fortunā. ſed ne ꝓ virib' ea etate oppri/merer cōtendimus. Hec cū ad optimā matrem tuaȝ veneris plane cognoſces. Tu v̄o iniquus es qui ne patria quidem pulſus apud nos ⁊ tui amiciſſimos exiliū ſolari voluiſti. Qd̄ ſi alia quauis cau/ſa feceris iniquus ſane erga nos fuiſti. Sin vt ad eū qui te rep̄hen/deret ꝙ ꝑmonitus nō obtemperaueris huc te venire puduit quod/dā ꝙ tam recte ſapias tibi gratulor. Quippe quē p̄teriti erroris pu/duit in eundē āplius nō ꝓlapſuꝝ exiſtimandū eſt. Vale.

Eloq̄tiſſimi viri Phalaridis Tyrāni Ep̄le elegantiores e greco in latinum per diſtiſſimū Oratorē Franciſcum de Aretijs tranſlate feliciter Expliciūt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Magni Oratoris Colluci veneti Ad dñm Paulum de Vercaldo
Epiſtola ad ſtudia liberaliũ Artiũ exhortatoria feliciter incipit
Capitulũ primũ de Cõmendatiõe ſtudii Illuſtriũ ⁊ nobiliũ viroꝝ
Ad dñm Paulum de Vercaldo

g
GRatulor magnificentiſſime dñe. ꝙ te videã ad litteraꝝ
ſtudia ſuſpirare. Non eni ſi placere ceperit hec nobilibꝰ
vl' quibuſcũqꝫ pricipibus orbis terre. Metuo finale litte/
rarũ naufragiũ. et illud quod non muſis ac phie ſoluꝫ
ſed omni doctrine video iminere. Iuſtitiũ vel vt rectiꝰ
loquar exiliũ. Plane quidez erit aliquis ſtudiis humanitatis locꝰ
aliquis portus et aliqđ tandem aſilum. vbi valeant reſpirare. nec
ſemꝑ ex infimis mortaliũ latebris hoc lumẽ erumpet. Sed ex altiſſi
ma reꝝ ſpecula veluti celeſtis quedaꝫ coruſcatio radios mittet. nõ
velis incepiſſe ſolum ſed ꝓſequi quod cepiſti. Sed vrgere quotidie
vtiqꝫ vt doctior indies euadas. Maximũ mihi ſemꝑ nobilitatis de/
decus eſt viſũ. ꝙ inter ꝑmo ſuꝑ ipos nobiles quicqđ litterarũ emer
git non ex ipſis exurgere ſoleat. nec nobilitatis ſolũ hoc dedecus ẽ
ſed ipaꝝ etiam litteraꝝ atqꝫ ꝟtutis que licet ſuo ſplendore reniteãt
Pulcerrimũ tamen eſt ſi de nobilitatis ſplendore eluceſcãt. Quare
exhortor mi paule vt tibi perſuadeas nihil honeſtius nihil pulcriuſ
nihilqꝫ laude dignius q̃ꝫ vacare litteris q̃ꝫ habitus iſtos adq̃rere
q̃ꝫqꝫ per hos doctrine gradus ſuper alios ſcandere. te qꝫ ſupra te tã
honeſtis laboribus eleuare. Sapientia quidez et eloquentia ꝓprie
dotes hominis ſunt quibus a ceteris animãtibus ſeꝑatur et q̃ꝫ ex/
cellens q̃ꝫ glorioſuꝫ q̃ꝫqꝫ decoꝝ eſt illis nature donis hoĩbus ante/
cellere. quibus conſtat animantibus aliis eminere feciſſe mihi vi/
dentur ſapientes et eloquentes ſibi ſuꝑ alios homines illum excel/
lere gradum quẽ deus et natura ꝯſtituit inter hoĩes et animalia ra
tionis exꝑtia tãtoqꝫ excellentiorẽ. quãto fortune benignitas donũ
hoc potentia dignitate vel ſanguine ſuꝑeminẽtius collocauit

Capitulum ſcđm Oſtendit omnẽ triũphuꝫ mundi. et ea que corpus
reſpiciũt nullius momenti eſſe reſpectu litteratorie delectationis q̃
mentem reſpicit ſempiternam

SCiant igitur alii giros mirabiles equitando cõficere. Tum
vrgere calcaribus equos. tum frenos reluctantibus cabal/
loꝝ maxillis cõcutere. celeri curſu agitare currus latiſſiãs
tranſmittere foſſas. nec acres ſolum aſcendere montes. ſed ꝑ cliuoꝝ
precipitia currẽtes equos imittere. cornipedemqꝫ flexibus ſubitis
cum currit ſiſtere vl' alio q̃ꝫ ferret impetus aduocare. Congrediant

autem ſplendentes in armis et equis inſidentes tricuſpide laurea
ſeſe ꝓſternere citra ſāguinis iīuriam violati.et vel ſic.vel gladiato/
ria doctrina ſcientes arma.pugne ſimulacra repſentent Exiliāt aliȷ
ſtrennue.et vel iūctis pedibus ſpacia longa ꝑtranſeant.vel poſt ali/
quid.ſe non eleuent ſolum.ſ; antrorſum ꝓiciantur. et agilitatis ſue
ꝓlixis ſaltibus prebeant argumenta Pila ludant aliȷ ⁊ ſubitis flex
ibus illam manibus medio volantem aere ꝓcellant.conētur q; col/
ludentem ſocium ſuꝑare.et lapidum iactibus.et ferreaꝝ trabiū miſ/
ſionibus ſe exerceāt aliȷ.multoq; cum ſudore tū venatibuſ tum au
cupiȷs fatigentur.et quocūq; corpoꝝ labore delectentur.exerceant
et viuidam exagitent iuuētutem. Meus autem paulus ſenſu.nō vi/
ribus.mente non corpore vigeat.exerceat et delectet. Omnia quidē
illa.que corpus reſpiciūt.et corporibus fiunt.fluitantia ſunt.et cor/
ruptibilia et corruptibilem teſtant auctorez. Mens autem eterna eſt
et īmortalis.atq; īmutabilis ſtudio atq; induſtria ſe ꝑficiens. adi/
piſcit veritates. quā colere.maxima prelibatio beatitudinis eterne
eſt. ſcđm quam oꝑari viuacis aliquid efficere eſt. nam tametſi perie
rint et peritura ſint infinita litteraꝝ et eruditionis ſiue ſpeculacōis
oꝑa.cū corruptibili monimentoꝝ materia.tum negligentia poſteri/
tatis. tum īuidia.que multa corrūpit. tum vaſtationibus vrbium
tum incendiȷs.aquarūq; diluuiȷs.naturaliter certis alternari tem
poribus non mediocriū philoſophoꝝ ſententia fuit. que ve legimuſ
multociens ſicut teſtantur hiſtorie.contigiſſet. Perierūt tamen illa
nobis.et noticie noſtre ſubtracta ſunt. In ſe vero quoniā omnis ve/
ritas eterna eſt.ſicuti principium temporis non habent. ſic ſemel li/
cet temporaliter inuenta.perire non poſſunt.forte etiaz nūꝙ ab ani/
ma que perceperit illas ſeu didicerit elabuntur. Conſentaneū eniz
eſt etnā ꝟtutē anime.(que quidē quoniam doctrinabilis et rationa
bilis eſt.eterna eſt)et quoniam ſic ſe mouet.ꝙ aliunde motus princi
piū nō capeſcit.nūꝙ excidere.ſed eternū eterno eternaliter coherere

Capitulum tertium Q. non ſoluz laboribus aut cupiditatib' nrīs
ſed ipſius quoq; nature benignitate atq; diuina ſingulariq; influ
entia litteraꝝ ſtudia adipiſcimur Et quomodo eloquentia ſe habe/
at ad ſapientiam.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

V Ex cariſſime Paule cum res maxima mirabiliſq3 ſit. ſuper
alios ſapere. reliquoſq3 tamē ornatu. tum dicendi copia ſu
perare non putes iſta volentibus ſine labore cōtingere. nec
a noſtre cupiditatis affectu ſolūmodo dependere. Plane q̃de3 opor
tet quādam nature benignitatē. et diuinitatis donū. qđ poete fatū
vocant. adeſſe nobis. anteq̄3 auricomos poſſis decerpere fetus. Nō
eni ante dat telluris operta ſubire. hoc eſt in rerum obſcuraꝝ pene
trare noticiā quā aureus iſte ſapiētie ramus et rite reptus fuerit. et
volens faciliſq3 ſequat. Nam ſi natura repugnauerit. ſi dei beniuo
lentia nō affulſerit. non viribus vllis vincere. nec duro poteris cō/
uellere ferro. Nunc autem cū natura deiq3 diſpoſitio ſicuti videmꝰ
ad hec te ſtudia flectant. noli temet relinquere. noli ſūmu3 iſtud dei
donū per negligentiā poſtergare. fac ꝑ ſingulos dies aliquid: quo
non ꝑuior ſolum. ſed melior fias. ad iſtas. fac vt ſcribendo vel dicen
do que ꝑceperis ſimul exerceas. Optime quidem ſimul coaleſcūt. et
creſcunt ſapientia et eloquentia. vt quantum et illa capit. tantum
et iſta pertractet. Or ſi certum vtriuſq3 fiat que cui preoptāda ſit ſa/
pientie palmam dato. Non tamen inutile puta ſemper eloquentie
ſingularem. precipuam. et ꝯtinuam operam dare. Non enī eloquen/
tie ſtudium. non etiā ſapiētie munus eſt. ſubicitur eloquētia ſapien/
tie. et in ipō quaſi toto quodam. quod cuncta ſcibilia poſſideat. con/
tinetur. vt qui ſapientie ſtudium profitetur ſimul et eloquentie pro
fiteatur. neceſſe ſit. q2 tamen ea ratione. qua duo hec per intellectu3
ab inuicem ſeꝑantur. Eloquentia ſapientia rarior. difficiliorem ea3
eſſe ſapientia non inꝯuenienter poſſumus arbitrari. quoniā in his
habitibus qui ſtudio induſtriaq3 parantur. quoſq3 viribus adipiſ
citur raritas argumentū eſt certiſſimū difficultatis. accedit ad hec
ꝙ intentio. ſtudium facultaſq3 benedicendi calcar eſt. vt ſapere con/
cupiſcamꝰ. vt hꝰ eloquētie ſtudium capeſcende ſcientie ſit etiam in/
ſtrumentum. neq3 enī aliquid bene dicitur. quod perfectiſſime non
ſciatur. Poſſumus multa ſcire. que tamen eloqui diſtincte. debitoq3
cum ornatu. ſermonis ve maieſtate neſcimus. vt maxime ſtudendū
ſit eloquentie. cui et ſapientie ſtudium eſt annexum.

Capitulum quartum. Quomodo quis ad eloquentie ac ſapi
entie ſtudiū pertingere valeat et quomodo ſenſus noſtri adeo
decipiantur vt aliquando qui ſe peritiſſimum autumet ſciat
penitus nihil.

Hec hactenus vt alacrioꝛ fias ad ſtudium litteraꝝ que ſapi
entie et eloquentie munera pre ſe ferūt. nūc autem mihi mo
nendus es. quem modum tibi conſtituas. vt hec ſtudia con
ſequaris. in qua quidē re primo ſapientie. moxq₃ dicendi viā₃ oſten
dam. premittam tamen vnum. quod ambobus cōmune eſt. quodq₃
veriſſimū eſſe tum in me. tum in alijs ſim expertus. Velim igit tibi
perſuadeas. quicq̃d didiceris quātūcūq₃ ve tibi videaris in eloqn̄
tia ꝑfeciſſe. te penitus nihil ſcire. quod quanto plus ſciueris tanto
verius eſſe cognoſcas. Nam ſi rite diffinire voluerimus. ſcire noſtꝝ
nihil aliud eſt q̃₃ rationabiliter dubitare. Fuit achademicoꝝ perti/
nax firmaq₃ ſententia. nihil penitus ſciri poſſe. quod adeo firmiter
contentioſeq₃ tenebāt. vt etiam vellent que ſenſibus ꝑcipimus. cer/
ta nō eſſe. q̃m ſenſus ipſos decipi quotidie videamus. ⁊ ob id etiā iſta
intra opinionis augumentū. non intra ſcientie certitudinē contine
ri. quā quidem opinionē licet verioꝛ ſententia ſuꝑauerit. ⁊ aurelius
Auguſtinus contra Achademicos. ⁊ ad Romanos ſcribens mani
feſte docuerit falſam eſſe. adeo tamen cuncta ſunt expleta tenebris ⁊
contrariaꝝ rationū argumentationibus inuoluta. ꝙ non ſit ridicu
lum dicere. premitte aliquem nihil ſcire. niſi quod difficillimū et im
poſſibile ſit. ſic eum contigerit veritatem aliquam percepiſſe. ꝙ cūcta
que dici poſſint in oppoſitum et diluere nouerit. ⁊ ratione certiſſima
ſūmouere. O quot et quantos vidi viros etiam eruditiſſimos. qui
cum de perceptiſſima ſibi veritate cum alijs in contentionē venerit
non potuerunt certam etiam defendere veritatem. lege libros diui/
niſſimos Auguſtini quoꝝ titulus eſt ſuper geneſi ad litterā. Quot
quantoq₃ plura reperies. quot ipſemet teſtatus eſt in illo volumine
queſita. q̃₃ inuenta. vt nec tu. nec aliquis ſibi blandiri debeat. vt cō/
ſūmate. atq₃ per omnia quicq̃₃ ſciat. non ergo ſolū moderatiōis tue
fuerit. ſed etiam ſapientie ſi te fatearis. ꝑmo ſentias nihil ſcire. Quā
doquidem et ſenſus decipi poſſunt. et nihil ad perfectum. et defenſi/
onem pleniſſimam veritatis ſciri poſſe certiſſimū ſit. In quo quidē₃
non illud ſolum verendum eſt. vt cum aliquid te ſcire credideris. id
plane neſcias. ſed illud potius. vt cū aliquid te ſcire perſuaſeris. ni/
hil vlterius ſcire cures. Nullum ꝓpinquius ignorātie veſtibulū eſt
q̃₃ putare ꝙ ſcias. ſemper igitur inſit hec opinio tibi. ꝙ neſcias. nihil
affirmes tecum nec cogites ad vnguem. et conſūmatiſſimū ꝑcepiſſe
Si hoc feceris. ſi tibi ꝑſuaſeris hoc. nō inflaberis ſcitis. atq₃ ꝑcepti
ſed ſemper ſciendis incūbens. de ſcitis libentiſſime et rationabiliter
dubitabis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Capitulum quintum. Docet quid ſit Sapientia. ⁊ inuitat ad ſtudia moralia que diuidūtur in Ethicam Politicam et yconomicam

HEc itaqꝫ prefatus. veniam ſcd͞m ordinem ad alia que promiſi. et vt a ſapientia principium ſumam. cuius non mediocris pars eſt eloquentia. Hec eſt rerꝝ diuinarum humanarꝝqꝫ ſcientia. que. quot. et quanta profiteatur. Diffinitio ipſa demonſtrat. verꝝ quia te nō exigo ad illam ſūmam. conſūmatamqꝫ ſapientiam. quam ymaginari facilius eſt ꝙ͞ inuenire. Cūqꝫ te ad dictandi loquendiqꝫ peritiam. non ad illas garrulas anxiaſqꝫ diſputationes. quibus hec noſtra modernitas inſudat et vacat. operam dare velim et hortor vt aliquem finem tibi conſtituas. placet mi paule ꝙ moralibus inſudes preceptis. que cum in Ethicam. Politicaꝫ. et Jconomicam diuidantur et vitam inſtituunt. et maximaꝫ dicendi tum grauitatem. tum copiam ſūminiſtrant. vt veriſſime flaccus noſter dixerit. Scribendi recte ſapere eſt et principium et fons. et ſubdidit. Rem tibi ſocratice potuerūt oſtendere carte. moralia ſiquidē documenta. quorum Socrates autor fuit. ea ſunt. quibus omnis ornatus et dicendi copia patur. Nam vt inquit Cicero. et rerꝝ cognitione floreſcat et redūdet. oportet vt oratio ꝗ͞ niſi ſit ab oratore percepta et cognita inanem quandam habet elocutionem. et pene puerilem. et de oratore ſuo loquens ait. Sed ſi me audiet. quoniaꝫ philoſophia in tres partes diſtributa eſt. in nature obſcuritatem. in diſſerendi ſubtilitatem. in vitam atqꝫ mores. duo illa relinquamꝰ atqꝫ largiamur inertie noſtre. Tertium vero quod ſemper oratoris fuit niſi tenebimus. nihil oratori. in quo magnus eſſe poſſit. relinq͞mus Quare hic locus de vita et moribus totus eſt oratori perdiſcendus hec Cicero. Nec tamen putes me ſic ad moralia illa ſocraticaqꝫ te tranſcribere. quin velim. et ea que chriſtiane pfectionis ſūt. adicias Non vt fias predicatorꝝ noſtri temporis emulator. ſed vt prudēter viuendo. grauiterqꝫ ſcribendo perfectionem moralitatis. que ſine dubitatione doctrina chriſti perficitur. amplectaris

Capitulum ſextum oſtendit Eloquentiā ſuper omnia que dici poſſunt ſine dubitatione verſari et copiam dicendi quam greci Rhetoricam vocant tria hec perficere ſcilicet inueniendi peritiam ſententiarum grauitatem et ornatum verborum.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

VErum quia ſapientia diuinaꝝ humanarũqꝫ reꝝ ſcientiam
profitetur. nihil te velim ex hac humanitate dimittere. que
tum precepta vite continet. Quibus exundauit noſter Ci/
cero. Senecaqꝫ ſtoicoꝝ optimus imitator. tum ſpeculationem quã/
dam virtutum et offitioꝝ rimatur. quod Ariſtotiles mirabiliter ꝓſe
cutus eſt tum hominũ geſta. que libris hiſtoricis explicantur. cog/
noſcere curam habet. his etenim ſi ſcientiam que rerum hominũqꝫ
noſtram paſſiones et motus ꝓfitetur. et ſpondet adiceris. nihil erit
quod ad dicendum beneqꝫ viuendum deſiderare valeas. Verꝫ di/
cendi alia ratio eſt. multis etenim et varijs rebus conſtat eloquen/
tia. Nam ſi materiã huius facultatis reſpexeris. quicquid dici põt
diuinũ. humanũ. morale. vel naturale. totum huic facultati ſubicit
quoniã ea ſuper omnia que dici poſſunt. ſine dubitatione verſatur
ipſam autem rationem. copiamqꝫ dicendi quam greci rethoricaꝫ vo
cant. tria perficiunt. inueniendi. ſ. peritia. ſentẽtiaꝝ grauitas. et ver/
borum ornatus. Quid enim dicere poteſt orator. aut dictator ſcribe/
re. ſi non ſit inueniendi doctiſſimus. hanc autem artem apud Cicero
nem Quintilianũqꝫ reperies. ſed longe copioſius. atqꝫ elegãtius
ſũminiſtrabit illam tibi nature bonitas. acumen ingenij meditatio
exercitiũqꝫ dicendi. Nam que traduntur in artis preceptionibus.
bona ſunt. et que reddunt artificem certiorem. fons autem ĩuentio/
nis natura eſt. cuius bonitas ſi defuerit. nulla poterit eruditiõe pa
rari

Capitulum ſeptimuꝫ monet vt omnes orationis partes ita dirigã/
tur vt nihil omnino ſit in vniuerſa elocutione quod ad id proban/
dum quod intenderis non ydonee reducatur et docet modum pro/
nũtiandi pulcerrimum

VNum tamen te monuiſſe velim. ꝙ cum omne rethoricuꝫ the
ma aliquam habiat controuerſiam. in dicendo poſitam aliĩ
as ãt eſſet pura. narratio. neceſſe ſit ante oĩa reperire quidnaꝫ ſit il/
lud. in quo cõtentio tota verſatur. vt ad id. ſicuti ſagittarij ſagittas
ad ſignum. ſic a te. ſcripſeris. aut dices. ſecundum partem quaꝫ ele/
geris. tota ſimul oratio. et omnes eius partes. et filijs. vt ita dixeriꝫ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vt ita dixerim. quanta vehementia. quantaqꝫ diligentia fieri pote-
terit. dirigatur. vt nihil oino ſit in vniuerſa elocutione. quod ad ip
probandum. pſuadendumqꝫ vel diſſuadenduꝫ quod intenderis. nõ
apposite hoc idonee reducatur. In quo quidez multos vidi frequẽ-
ter errare. cuꝫ ſplendore ſcientiaꝝ ducti. ſcribunt que pulcerrima ſũt
et ſeria. cum tamen ad id quod intenderint. nec pertineant. nec pro-
ſint. quod leuitatis eſt. ymo cum plerumqꝫ dicendi quadam libidīe
repiantur. illa dicunt. que tocius intentionis oppoſitum. nõ propo-
ſitum argumentantur. quod maxime ignorationis eſt ſignum. Cau-
tus ergo ſis cum aliquid ſcribis. vt oino nihil quod nõ ſit rei. quã
intendis. aſſumas. que vero nocitura proſpexeris. veluti ſcopulum
nauigando. deuites. Illud etiam adiecisſe velim. ꝙ ſũma ſit cũctis
que ſcripſeris. claritudo. Putant multi. ꝙ ſi que intelligunt. abſcon-
dant vel nimia breuitate. vel exoticoꝝ vocabuloꝝ tenebris. vl' qua-
dam intricatione ſermonis. ſe ſublimi caractere reſonare cuꝫ in dicẽ-
do ſicut eleganter inquit Cicero vitium vel maximum ſit. a vulga-
ri genere orationis atqꝫ conſuetudine comin' ſenſus abhorrere. nã
cum loquendi ſcribendiqꝫ cõmertium ad hoc repertum ſit. vt q̄ con-
cepimus. alios doceamus. ⁊ illa faciamus alijs nota. que ītra nos
ita ſunt. ꝙ alijs apparere non poſſunt. Quid incõuenienci' fieri põt
q̄ꝫ hoc loquendi ſcribendiqꝫ miniſteriũ ſuo fraudari fine. et id quod
eſt in hac re precipuũ obſcuritate verboꝝ. dicendiqꝫ obliquatione
non impedire ſolũmodo. ſed auferre. Impleas igitur taliter illa que
ſcribis. ꝙ non ſolum clara ſint. et ſenſum intrinſecũ per ſe ferant. ſed
aliquid aliud quod intenderis. nequeant importare. de ſententiarũ
grauitate non id ſolum curandum eſt. vt de vite preceptis. et maxi-
moꝝ autoꝝ dictis decerpta videãtur. ſed vt inter illa que ſcripſeris
nihil omnino puerile. nihil abſonum moribus. nihilqꝫ nõ honeſtiſſi-
mũ ſonet. Sint dicta tua maſcula. non effeminata. ſeniliſqꝫ ſenſus et
ponderis. non ad voluntatis impetum ſcripta. ſed multa ratione li-
brata. Nec velim. ꝙ verbis ſolum ea que moralia ſunt. explices. ſed
quod maxime pulcꝝ eſt. geſta narrando. depingas. vt cum perſonã
deſcripſeris. id eam pingere facias. quod ſũme moribus congruat
et etati ꝯueniat profeſſioni ſtatuiqꝫ perſone

L x

Sequitur alia Epiſtola.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Capitulum octauū docet diligentiaꝫ eſſe habendaꝫ circa orthogra
phiam et quantitates ſillabaꝝ.deriuationes dictionūqꝫ varias in
flectiones ſine quibus omnibus nemo poteſt recte ſcribendi ſcienti/
am ꝓfiteri

VErborum autem ornatus. quem aliqui ſaltem rethoricum
eſſe putant circa multa verſatur. et infinitis conficitur ob/
ſeruationibus Principio quidem velim ſcribendi recte.quod ortho
graphiam vocant. diligentiam habeas. quod vt facias. conſidera
compoſitiones. vt cum cōmune de munis et con vnituꝫ ſit.per duo
m. non per vnū ſcribi debeat.ſic et cōmunicare. quod ab alio dedu/
ctum eſſe conſtat. Sic cum ex ad et traho hoc verbum attraho com/
ponitur.non vnico t. ſed gemino ſcribi debet.et exhibere. quoniam
ab ex et habeo perficitur. Aſpirationis notulam non amittit. ſic et
alia uifinita.in quibus non ſcriptor tuus ſolum.ſed vt plurimū om
nes errant.oportet etiam ꝯſiderare tempora ſillabaꝝ vt ſi breuis ſit
qualis eſt prima verbi colo.quod per eius compoſitum excolo claꝝ
eſt. non duplicetur cum ſcribitur illud L vt dicatur collo. non colo.
collo quidem datiuus et ſextus eſt vocabuli collum.non aliqua ꝟ/
bi colo vox. in quo quidem ligurum vitioſa ſcriptura eſt.neceſſari/
um etiam eſt.et deriuationes inſpicere.⁊ varias inflexiones.vt qua
liter quelibet ſcribi debeat dictio.cognoſcamus. nam cum preteritū
iſtud ſumpſi.a prima verbi voce veniat o mutata in pſi.neceſſe ſit ſu
mo per vnicum m ſcribi.quoniam ante pſi nec m.nec alia poſſit litte
ra geminari.nec ortographie diligentiam ꝑuifacias. Nunc enim in
eptum eſt.cum maiora profitearis.in minuſculis labi.cumqꝫ dicere
velis vnum.ignoratione litterature.ſenſum alium explicare. Nam
cum hominū conſpiratio ſecta ſit.a verbo ſequor ſenſu litteriſqꝫ tra/
ductum vocabulum.ꝙ ſupinus error eſt.per ortographie neſcientiā
oriri. Quid deniqꝫ loquar ſepe huius. mordacitatem tangendo lu/
porum quoniam ſepta clauſtra ſint a ſepiendo dicta. quod illi loco
non poteſt aliqualiter cōuenire. Purga precor igitur hoc fermentū
et ſint illa que ſcribis taliter defricata.ꝙ nihil poſſit inter ea que ti
bi vel alijs ſcripſeris.litteris notatum inconuenientibus reperiri Te/
tigi tibi quedam que facili poſſis agnoſcere.quo diſcas. ymo cone/
ris hec et alia. que vitioſa dici valeant veluti quid ignominioſiſſi/
mū euitare. Hanc autem curam et diligentiam cum quadraginta/
ſex annis.et vltra. ſcribendo ſemper adhibuerim non potui tamen

adhuc uſquequaqꝫ ſicut arbitror ymo frequenter experior. hanc ab
ominationem excutere. nec me. quin aliqñ me conceptiſ adoleſcentie
vitijs inquiné continere. Concludens autem in hoc. teneas velim
niſi curaueris tu et alij huic cõmuni morbo mederi. nũq̄ fore poſſi/
bile te. vel illos ſcribendi recte ſcientiam profiteri

Capitulum nonum. docet verborum ornatum ſũma diligentia eſſe
ſectandum. et quomodo dictionũ ſignificationes ſunt accuratiſſime
intuende et hoc per exempla

c **C**Umqꝫ tantus error et tam inexcuſabilis ſit in litteris. quã
tũ eſſe putas in vbis. nõ ergo negligẽdꝰ eſt. ſed ſũma diligẽ/
tia ſectandus verboꝝ ornatus. qui quo generalia ꝓſequar. colores
qꝫ rhetoricos omittam. quos ſicut non oportet eligere. ſic occurren
tes non expedit euitare. Primum locum habet ac initiũ ſumit iſte v
borũ ornatꝰ ſignificatione Nã cũ cuilibet dictioni formale ſit aliqd
dicere vnde dictio deflexa eſt. ſuper omnia pnoſcenda ſunt dictionũ
ſignificata. ne verbum aliquod ridicule vel inepte ſeu minus ꝓprie
collocemus. Etenim vt aliquid exempli gratia ꝓponamus cũ ſiſto
ſiſtis hoc. quod eſt firmare. figere. fixumqꝫ tenere ſignificat. q̄ ridi/
culum eſt dicere malus quidem ſenſus non vtil' inuidie ſiſtit. Nam
licet exiſtere hoc quod eſſe dicimus ꝓpinqua ſatis ratiõe ſignificat
Siſto tamen pro ſum nuſq̄ inuenies ab aliquibus recte ſcribentibꝰ
vſurpatum. nec dicas licitum eſſe ſimplicibus pro compoſitis vti.
quoniam id verum eſt. ſi ſit eadem vtriuſqꝫ ſignificatio. licet mutet
aliquando conſtructio Nam cum Maro noſter inquit. et ſpumas ſa
lis ere ruebãt ꝓ eruebãt qdé cogimur ruebãt aſſumere mutatiõe cõ
ſtructionis ne qd abſolutũ eſt fiat preter rationé gramatice trãſitim
quod quidem ex eo permittitur quoniam ſignificatio non mutatur
Idem eni ſignificat ruo et eruo licet diuerſum moduꝫ habeant cõ/
ſtruendi. nec ſolum ſignificationem conſiderare oportet ſed proprie/
tatem. Nec hanc ſolum ſed appropriationem. que eſt conſuetudinis
vſurpatio Nã vt hoc claꝝ efficiam. nequitia proprietate ſermonis
impotentia eſt. deſcendit enim ſicut arbitror et facies dictionis oſtẽ/
dit. a nequeo vel vt alij volunt. a nihil quod quamuis in idem reci
dat quoniam nulla potentia poſſit hoc quod eſt nihil. Placet ta/
men mihi magis q̄ a nequeo deriuetur. licet in prima ſillaba mutet
tempꝰ. ſiue veniat a nihil ſiue a nequeo ꝓpagetur. a ꝓpropriatiõe vo

conſuetudinis ſignificat omne peccatum. quoniam peccare ſicut ni
hil. ſic ſūma impotentia eſt. Etenim quicquid peccatur. vt peccare
deformitas eſt. deficiendo. non efficiendo cōmittitur Peccare vero
non eſt. niſi ab ordine legis eterne deficere. non faciendo. ſed in agē-
do quod illa preſcribit. quod quidem cum nullum vetus ſit. ſed pu
ra priuatio. nullius prorſus eſt potentie. ſed ſi circūſpexerimus preſ-
ſius impotentie dici debet. Tantaqꝫ vis vſus. quē penes vt īquit
Flaccus arbitrium eſt et ius et norma loquendi. ꝙ alcius ſentiam
mos ſit nomen iſtud nequitia. ab illa quam premiſimus vniuerſita
te traducere. et per ipſum non omne peccatum. ſed ſolam libidinem
credo ꝙ minus contra carnales poſſimus illecebras iſto nomīe de-
notare. Quo ſenſu faſtoꝝ pmo dixit Ouidius de ſeipſo loquens. quē
inextīguibilis fuiſſe libidinis aſſerit. Nequitia eſt. que te non ſinit
eſſe ſenem. id eſt ſenum moribus viuere. cum iuxta libidinis affectū
iuueniliter ſemper viuas. et hoc idem vocabulum libido. cum a li-
beo dictum ſit. de proprietate ſermonis. ſecundum originem cōcupiſ-
cenciaꝫ quamcūqꝫ. vel voluptatem ſignificat. vt Saluſtius de for-
tuna ſcripſit. Ea res cunctas ex libidine magis. ꝙ̄ ex vero celebrat
obſcuratqꝫ. libidine dixit. hoc eſt voluntatis paſſione. Conſuetudi-
nis tamen appropriatione concubendi deſignat ardorem. vt pernoſ-
cendum ſit tibi ſignificatum. quod ex imponentium diſpoſitione ſu-
pſit initium

Capitulum decimum Affirmat verborum proprietatem que ethio-
logia dicitur et appropriationē quam vſus genuit nullatenus eſſe
ignorandā. et quomodo fixa mobilib⁹. aduerbia quoqꝫ verbis ex-
ornanda ſint et alia pulcra de naturalibus accidentibus

INſuper eſt tenenda proprietas. que maxime peruenit ex ori-
gine. quam ethimologiam dicimus. et appropriatio quam
vſus gignit. nullatenus ignoranda. Tunc enim vocabulū
iuxta ſignificatum debite collocabis. ad originis proprietatem quā
ta curioſitate poteris te reſtringes. ⁊ ab amplificatione conſuetudi
nis non diſcedes Curandum eſt preterea. quo diuitez facias elocu-
tiōꝫ. vt fixa mobilib⁹ ornes. ⁊ adu̾bia v̾bis addas. ſi loc⁹ ⁊ materia
patiat̄. hac ſiqͥdeꝫ adiectione. tuꝫ copioſa. tū ornata reſultat ōro. que
ieiuna nīs. ⁊ arida puris ſb̄ſtātioꝝ vo̾bul̄ v̾boꝝqꝫ vocib⁹ redderet̄

Uerum cum poſſint ſubiecto cuilibet tuꝫ multa naturaliter accide
re.tum plurima termino. quo ſignificetur illud ſuppoſitum ſecundū
vocis habitum copulari. cauendum eſt. ne vltra naturam aliquid
adiungamus. frigidum equidem ignem excuſſit. niſi per frigidum
lentum.torpentemqꝫ velimus exprimere. qua ratiõe potuerimus di
cere.cum frigiditas igni naturali ratione repugnet. Rutiluꝫ auteꝫ
feruidum.tenuem.nitidum.vel leuem ſi dixerimus ignem.non incõ
ueniens adiūxerimus epitheton. Uerum ſecundum ſubiectam ma/
teriam et quod diſpoſuerimus dicere.tum hoc.tum illud iūgenduꝫ
eſt. nam ſi ad calefactionem aut aduſtionem ignem conſiderandum
eſſe dixerimus.feruidum potius.q̃ꝫ tenuem. leuem nitidum ve dice/
mus.quoniam feruor accomodatior aduſtioni calefactioniqꝫ ſit.q̃ꝫ
nitor.leuitas vel tenuitas. Sinautem ad illuminanduꝫ. rutilum.ſi
ad ſubitum deſignandum motum ignem adhibere voluerimus. le/
uem aut tenuem cõuenientiſſime proferemus. Conueniant igitur
quecūqꝫ iunxeris epitheta.non ſubſtantiuo ſolum.ſed orationi.ma
terieqꝫ. quam ſcribes. Nec adiectiua ſolum.ſed ſubſtantiua ſubſtan
tiuis.aduerbia verbis.et omnino ſuppoſita predicatis rationabili/
ter alligentur. Et nihil in dictamine tuo ſit quod nature conſuetu/
diniqꝫ repugnet.nec hoc ignauū putes.nam tametſi tibi.⁊ omnib⁹
per ſemet patere debeat iſtud eſſe veriſſimum.tamen vt hec diligen/
tia ſcribendi maximis autoribus tibi conſtet Cicero noſter eloquē
tie fons ad Tironem libertum ſuū ſcribens.cum ille pecuſſet quan/
dam ſuam epiſtolam in volumine redigi in qua quoniaꝫ infirmus
erat et Cicero rogaſſet eum ꝙ diligentem curam haberet valitudi/
nis.quaſi rñdens ſcripſerat valitudini fideliter inſeruiendo. eidem
tenuiſſimum hunc errorem imꝓperans. regiſtrationis poſtulatiõm
obiecit.inquit enim video quid agas.tuas quoqꝫ epiſtolas vis re
feraꝫ in volumina Sed heus tu qui meoꝝ ſcriptoꝝ eſſe ſoles.vnde
illud.valitudini fideliter inſeruiendo. vnde in iſtum locum fideliter
venit.cui verbo domicilium eſt ꝓpriuꝫ in offitio.migrationes in ali
enū multe. Nam et doctrina.et domus.et ars. et ager etiam fidelis
dici poteſt.vides ne q̃ꝫ anxie q̃ꝫ ſcrupuloſe q̃ꝫ ve ſubtiliter coplacões
iſte verboꝝ apud autores optimos ponderent. vt et ibi nitendum
elaborandūqꝫ ſit. cum aliquid ſcripſeris. non poſſis huius incurie
vitiū criminari.

Sequitur capitulum vndecimū

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Capitulum vndecimum docet notabiliter adiectiuū ſuo ſubſtanti/
uo fore preponendum. nec illud aliquo vnq̄ȝ pacto infringendum ſi
ſaltem orationem velimus eſſe et concinnem et ornatam

QUinetiam aīaduertas velim. ne cum ſenſum oratione
compleueris. aliquid addas. quod potius poſt illam ia/
ctus eſſe videatur. ɋ̃ ad id quod ꝓmiſeris ꝑtinere. Quid
eſt dicendum o mi Franciſce. ſcio appetitum omniū quaſi
mala. pluſɋ̃ bona velle preſertim. et eo maxime. quia ſine illius ad/
uerbij additamēto nedum perfecta. ſed cōcinnior erat illa ſententia
demum vt aliquando concludam. non enim tibi precepta rethorice
tradere. ſed pauca conſideranda generaliter explicare. fac vnuȝ dili/
genter obſerues. quod ſemper adiectiuum preferas ſubſtantiuo. vel
ſaltem continenter et īmediate coniūgas. Nam quotiens ꝓmiſeris
adiectiuū. cum per ſe ſtare non poſſit. exigit intellectus illud cui co/
puletur ⁊ hereat ſubſtantiuū. quod quādo reperit. qui pđulus an
te fuit. figitur intellectus. miraq̄ȝ ſuauitate ꝓfunditur. ſi totus am/
bitus adiectiui ſubiecti congruentia ſufficienter impletur. et vnum
alteri non rite ſolum. ſed apposite copuletur. etenī cuȝ dicit Ouidius
huc alacer miſſos terruit hector equos. ɋ̃ eleganter premiſit. Egre/
gius ille poeta duo ſicut aſpicis. adiectiua. alacer et miſſos. ſubiun/
gendis in fine carminis ſubſtantiuis. Qui ſi vel vnius ordinem cō/
mutaueris ſenſū hebetem facies. et ſplendorē omnem quaſi lumen
abiciens. obſcurabis. nam ſi dixeris. huc hector miſſos terruit ala/
cer equos. plurimū ſerenitatis abſtuleris. et decoris. hec facis Ete
nim iſta tibi. veluti quedaȝ capita ſpeculanda. propoſui. vt aliquid
patefacerem. et ad recte ſcribendum quandaȝ ianuaȝ aperireȝ. quo
per te poſſis in alia diuiniora. et magis ardua penetrare. longe plu
ra quidem ingenij bonitate percipimus. ɋ̃ doctrina. vel lectionis
auxilio capiamus

Capitulum Duodecimum Continet concluſionem perpulchram
de mutua familiaritate autoris ad dominū Paulum

NUnc autem ad tua veniā. pricipio quideȝ te clariſſimū eſſe
velim me nobilitatem tuam. ſi alicuius id momenti feceris
obnixe diligere. pmo quod diuini⁹ eſt amare. primū auteȝ et
hereditarium eſt tibi. ꝙ me ſicut ſanctiſſimus pater tuus. in amicuȝ
habeas. quod cum pollicearis. gratulor. et accepto: quo me ꝑpetuo
reputeȝ inter tuos. veli aūt ꝙ crebro m̄ ſcribas. vt te exerceas. vt te
poſſi amice corrigere. ſicq̄ȝ ſtigat te dicēdo quotidie facere doctioreȝ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Cupio preterea. ꝙ ſi quid dubitaueris. expoſtules declarari. liben-
tiſſime q̄dē quātum ſciuero. tibi morē gerā. Scriberem in noſtri pe
trarche defenſionem. ſicut auide petis ſi foret expediens. et illi viri
quos cōmemoras. ꝗ q3 ſi de franciſco noſtro male ſenciunt nimis er
rant. ſcribere quid mordeant. conabuntur. Nolo quidem maledicta
reuellere litteris. que vel ſola negatione. vel facillima ɔmutatione
poſſē elidere. meq3 temeritatis et calumnie rationabiliter accuſare
Si verbis inſaniunt. verbis reuellendi ſunt. ſi ſcribere autez ſuper
hoc aggreſſi fuerint et nūc pro viribus. franciſci noſtri me vindicez
ſencient. et eoꝝ que minus bene dixerint reprehenſorem. vt ſic omēs
poſſint inter illos et me quis melius ſcripſerit. iudicare. tunc enim
agetur non euolantibus verbis. ſed quaſi tabulis obſignatis ma-
nentibuſ q3 ſcripturis facilitatē exhibebimus iudicādi. Uale felix
domine mi. et pacienter feras. ſi quedaz que ſcripſeris reprehēdi. nec
negligas ea. que fideliter collegi ſolum gratia te monendi.

Sequuntur nunc diuerſe Epiſtole ex diuerſis hincinde
autoribus ſumma cum diligentia collecte

Johannes S D Petro ſuo

V Enit ad me veſperi familiariſſimus mihi Johānes qui cū
mihi non modo familiaritas antique neceſſitudinis verū
etiam affinitas intercedit rogauitq₃ me vt omni ſtudio cu
ra diligentiaq₃ curarem ne prefecturam mutinenſem amitteret quā
ꝓpe modū ſecutus eſſet. Ego vero cū te apud ſenatū autoritate plu/
rimū valere meminiſſē nullūq₃ plꝰ poſſe certe ſcirē ſtatui abs te pe/
tere vt ſi qd vnq̄ gratū mihi te facturū exiſtimes hoc illud arbitre
ris. rogo enī vt Johannē ab emulis ſuis abtrectatoribꝰ q₃ defēdas
qui ꝑfecturā mutinēſem arripe tēptant. hoc mihi in maximoꝝ bene/
ficioꝝ cumulo collocabo erit enī mihi maxio honori faīliarē meum
opa mea hūc ingratū obtinuiſſe eteni raro ingratuz expꝰ es. ꝓfite/
orq₃ me tibi ꝑpetuo obnoxiū ī mortali bn̄ficio fore. & ſi qd etiā ī me
meritoꝝ iterdū ꝯtuliſti ſtudui ea qdez tibi ſūmo ſtudio pro viribus
cumulate reſtituere Vale

Aliud exemplum

N On potui dulciſſime Mathia efficere vt nūc ad te nō ꝑſcri/
berē qnto feruore qnto ſtudio qnta deniq₃ iocūditate ioh̄ ī
tuis ſacris legibꝰ opam hactenꝰ dederit ꝙ ſi in ea facultate
vti ꝑpulcre īcepat ꝑgeret paucis poſt diebꝰ ſūmū leguz apicē ptin
geret. qꝛ ħo heſterno veſperi queādmodū pecunias deficere īcepiſſz
mihi retulit admodū vereor nē ſtudiū ſuum deſerere poſtponēq̄ co
gatur. Quod qdez īpedies ſi ex redditibꝰ tuis q̄s hoc anno vberri/
mos ſuſcepiſti ſibi ſueq₃ egeſtati ſubuenies. fortaſſis frater tuꝰ q̄ vt
audio q̄ꝑrimū ex aſia ad te venit. Nam negotiationi fortuna pluri
mū arriſit. lucri ſui qd īeſtimabile ē ꝯſecutꝰ te faciet potiſſimuz ꝑtici/
pez ſi nepotis ſui ṽtutes q̄plures ab oībꝰ ꝑdicari teq̄ īopie ſue vel/
le occurrere ꝑſenſerit. Quid inq̄ amabiliꝰ. quid meliꝰ. aut qd optati
us tibi poſſet accidere q̄ filiū litteraꝝ peritiſſimū moribꝰ eloquētia
ac prudentia magnope ꝑditū habere q̄ domui tue nobiſq₃ familia
ritatis et affinitatis tibi vīculo ꝯiūctus. auxilio. conſilio. honori. et
glorie eſſe poterit. Jtaq₃ hec oīa tecuz mente reuoluas pecuniaſq₃
q̄ꝑrimū ad eū tranſmittas. Hoc enī te ſcire velim. niſi eum tanta
egeſtate laborare vidiſſem atq₃ eas impenſas q̄s facies tam neceſ/
ſarias et frugi futuras nihil hoc tempore ad te ſcripſiſſez. Quocienſ
cūq₃ enī aliquid ꝑcepi qd honori ac fortunis tuis potuit cōducere
ac detrahere nō potui ſupſidere quin redderē te certiorem

Aliud exemplum

M Emini me et patrē tuū mirꝫ ī modū coluiſſe. et clariſſio viro
ſūma amoris neceſſitudine ꝯiūctū fuiſſe ꝙ vir tum ingenio

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

clar⁹ tū vo animi magnitudine pſtantiſſim⁹ eſſet. Preterea memini
me abs te obſuātia quadā ſingulari ꝯplexū vt nihil ſit qḋ ego abs
te petere dubitē pſerti cū quicq̄d petitur⁹ ſim id omne ad te vnū ꝑti
neat. Ex quorūdā enī ꝯmuium amicoꝝ ſermonib⁹ itellexi te diſci
plinā rei militaris quā meo potiſſimū pſuaſu ſequi ceꝑas dereliq̄ſſe
hec pſuadere nō quidē ſatis m̄ poterā. niſi tue ad me q̄n̄q3 acceſ
ſiſſent littere. Que ſmones quos acceperā plene ꝯfirmarūt. ex q̄ nō
mediocrē moleſtiā ſuſcepi. Te enī ſꝑabā viꝝ rei militaris pſtātiſſim
fore quē cū imꝑatorē exercit⁹ vel legionis pfectū ꝯſpicerem ego miri
fice gloriarer q̄ tibi h⁹moi capiēdoꝝ ſtudioꝝ cauſa fuiſſē. Sperabā
te et amicis ꝯmodiſſimū et patrie glorioſū et tibi vtiliſſimū fore at3
ita ꝑfecto fuiſſes. Subeūt enī ſtudioꝝ militariū periti viri et ciuita
tū et principū potiſſimoꝝ familiaritates a q̄b⁹ ſepi⁹ opida ⁊ caſtella
munitiſſima merent ſtipendiſq3 vberrimis ab illis ꝯducūt. Et qḋ
maximū eſt imortalitatē glorie ꝯſequūtur. ⁊ ꝑpetua apud poſteros
noīs ſui monimenta relinquūt. Si igit ceꝑta hec ſtudia deſerueris nu
dū te oīm ꝓbatiſſimaꝝ artiū iuenies neq3 enī mercature actib⁹ ſtu
duiſti ſicq3 litteris operam dediſti. ſed militari tm̄ diſcipline primas
etatis tue ptes deuouiſti. Rurſuſq3 ſequētes ānos q̄pplures in ipa
cōſūpſiſti. Quare totū hoc omē temp⁹ amiſſū iuenies et difficiliores
iā erūt āni q̄s facile bonis aliq̄b⁹ ꝯmittas. Secordie āt at3 ignauie
cōciues tui oēs te dānabūt q̄ exercitacōz armoꝝ abs te iā diu ſuſce
ptā nūc temere neglexeris. Itaq3 ſi q̄d apud me amicitie patne ſi q̄d
neceſſitudis fratris tui relinq̄t te rogo at3 obſecro ne me vanū tibi
pſuaſorē fuiſſe patiaris ſ3 vel tui vel mei cauſa dimiſſa nunc aliquā
diu militaria ſtudia magnanimo recipias

Aliud exemplum

C c Um nuꝑ Jheroſolimas vna pficiſcemur ea familiaritas
ac nccitudo q̄ iter parētes nr̄os ſꝑ fuerat et tādē nob heredi
tario quodā iure relicta eſt. roborata ac ſtabilita eſt adeo vt nos inui
cē ad bona q̄libet initare et a malis retrahere quātū poſſibile ſit de
beam⁹. Sed q̄a nudiuſtertius ad aures meas ꝑuenit ꝙ lraꝝ ſtudijs
poſthabitis hōre ꝓprio neglecto luxurie ſordib⁹ laſciuieq3 aīm appli
cuiſti. qḋ m̄ pfecto moleſtiſſim ē ac mētē meā ſūme exagitat plane n̄
huic ſnīe ceſſeri ⁊ ab h⁹moi vicijs te ītraxeris pſcā de te opiōz exiſti
macōzq3 labefcāz q̄pprimū ſēcies failie ac patē dedecori eris ⁊ tādē for
tuis ꝓdigalit expoitis iops oīm amicoꝝ exps pſidio miſrim⁹ hoīm
euades. Solēt namq3 meretricule amatores poſtq̄ ipis bona blan
ditijs et dolo abſtulerint ad inopiā vgentes plus ceteris ludibrio
hēre. Et qḋ pei⁹ eſt io eoꝝūdē egeſtatē atq3 inſaniam per vicos et to
tā vrbem dilatare. ꝙ ſi hanc vitā turpiſſimā quā iſtituiſti aſpnādā

aīm induxeris et litteraꝝ ſtudijs et ṽtutibus operā dederis hoc ti/
bi polliceri audeo ꝙ paucis ānis elapſis ſūmos honores āpliſſiās
laudes et ingentes diuicias conſequeris. Scio namqꝫ te ingenio
et eloquētia ꝓpeꝛeditū ſingulari quod quideꝫ ingeniū ſi ſcienciis
ṽtutibus quoqꝫ accōmodaueris omēs coetaneos tuos āncellere
videare Rogo igiť maiorem in modum ſi vnꝙ tibi rem gratam fa/
cere ſtudui aut efficere aliquid quod tibi gratiſſimū ſit potero vt tū
mei gratia ab hac vita turpiſſima ad honeſtatem. te familiaqꝫ tua
dignum reducas

Aliud Exemplum

PReceptis quideꝫ meis adhuc optime pꝛuiſti ꝙ ſtuderes ni/
hil a volūtate mea alienū cōmittere adeoqꝫ ⁊ a ꝑmis ānis
te mihi ſtudioſiſſimū iudicaui. quecūqꝫ mihi videntur ho/
nori tuo glorieqꝫ conducere nihilo vero minus nūc quoqꝫ te ſtudi
oſum eſſe ſcio ꝙ et mea in te beniuolentia tuaqꝫ iteꝝ in me caritas
indies vehemētioꝛ facta videatur. Quaꝓpter quas nuꝑ īimicitias
cum principe ſuſcepiſti ſcis aduerſus voluntateꝫ meā maxime ſuſce
piſſe. Naꝫ et te a dignitate quaꝫ in agro regino geris facile repellet
et ſeditionis tu ſibi emuloꝝ obtrectatione ſuſpectus eris et familia/
ribus pene tuis infeſtiſſimus eris. te igiť ab huiuſmodi inimicitiis
abſtinere iubeo. et ab ipo veniam ſapientiſſime petere. Id ei ſi feceris
pſuadet is ſibi indignationē tuā illaꝫ non ꝗdem de induſtria factaꝫ
ſed inſulto potius quodam aīmi caloꝛe teqꝫ nō ſolū priſtino amo/
ri reſtituet verum etiam nouas indies dignitates tibi demādabit
et ſic fere quodam pietatis preſidio ab obtrectatoribus te diſtiguet
Que cū ita ſint cures diligenter velim. vt pꝛīcipi ſupplices ſi quid
ſtomachatus de te ſit dignetur tibi remittere ne quid etiam mihi et
reliquis familiaribus tuis detrimenti hee tue īimicicie afferant.

Exemplum aliud

QUibuſcūqꝫ in rebus et auxilio et cōſilio tuo opꝰ erat adeo
facilem et beniuolum te prebuiſti vt quideꝫ nō modo mihi
conſuleres meqꝫ adiuuares. veꝝ ne aliquid quidem attem/
ptare decreuiſti quī prius opinionē meaꝫ de ea re ꝑcepiſſes. Ex qua
quidem tua in me beniuolētia ac familiaritate tantū animi affectū
fiduciāqꝫ nactus ſum. vt nihil mihi ad īpetrandū difficile videatur
quare nec hoc quideꝫ tempoꝛe adq̄ſcere potero quī ea que honori
ac vtilitati tue ꝯiūctoꝛūqꝫ tuoꝝ plurimuꝫ conducere poſſunt ad te
perſcribam. Noſti ꝙ nobiliſſima tua familia que per longiſſima tpa
a maioꝛibus tuis deſcendit nūc ſcilicet in te vno ꝯſeruatur. Igitur
ad eam conſeruandaꝫ vt legittimo matrimonio te copules opoꝛtet.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ex qua quidem copula et ſoboles tua ꝓpagatur. familia conſeruat et maioꝝ tuoꝝ laus honorqȝ īmortalis redditur. Sin vero alio ſis animo maiorum tuorū geſta magnifica virtuteſqȝ quas maiores tui magnopere colebant paulo poſt deleuit obliuio fortune ac diui cie multis ſudoribus ac vigilijs adquiſite ad exteros deuenient et ciuitas tua hoc preclaro genere quod eam vſqȝ adeo miꝝ in modū decorauit priuabitur. Que namqȝ familia tot preclaros exercitus imꝑatores tot iuriſconſultos tot legiſperitos tot omni genere ꝟtu tis viros preditos reipublice producet. Itaqȝ vt alidam te virgini pulcerrime legittimo matrimonio cura diungas ex qua liberos ꝓ creare poſſis. qui vt ipoꝝ parentes ciuitati noſtre et nobis preſertim familieqȝ tue diunctis moribuſqȝ noſtris conſulere valeant ab emu liſqȝ noſtris et aduerſarijs poſſint tueri [illegible] frumēta nō ſtatuit vendere [illegible]

Aliud Exemplum

Accepi ſuꝑioribus his dieb⁹ ex litteris. Jo. ꝙ laudū mearū amplificatorem ſimulqȝ honoruȝ meoꝝ defenſorem emulis etiam meis te aduerſariuȝ prebuiſti preterea in rebus meis familiaribus gerendis te adeo familiarē acfacileȝ prebuiſti acſi res tua ꝓpria ageretur. Ex qua quidem re ea mihi oblata eſt fiducia vt ni hil abs te impetrandū mihi difficile videatur preſertim cuȝ ea abs te rogo que vtilitati tue conferre aliquid poſſunt. Credo equidem te non fugere quanto tempore ciuitas noſtra obſidione tenetur. et quemadmodum milites predia noſtra deuaſtarunt agri deſolati re linquantur et pene omnia ad nihilum redacta ſunt. Quam ob rem frumento incipimus deficere quod ꝑfecto tanti exiſtimatur vt exiſti matio vix valeat pecunia coequari. Sed quia frumento admodum te abundare gaudenter ꝑcepi tibi perſuaſuȝ eſſe velim ne illud ali quo pacto hoc tēpore diſtrahas. ſed magis aliud compes ac frumē to tuo adicias. q̃ꝓprimuȝ enim ab iſta obſidione liberabimur quod paulo poſt futuꝝ ſpero frumentū tuuȝ ipm huc adduci facias. et eo pretio quo libet vendet. Quod vt facilius fieri poſſit me ſcito omī ſtudio ꝛ diligentia pro virili mea cooꝑatuꝝ. quod ſi frumentū tuū nunc venūdare vt ex eiſdem litteris didici ſtatuiſſes nō poteris id ꝑcipe pretiū qd decuplū decurſis trib⁹ mēſib⁹ percipes nec aderūt hij mercatores q̄ acten⁹ frumentū a te emere tibiqȝ pecunia numera ta ſatiſfacere ſoliti ſūt ſed doci⁹ ruſticis et vicinis credenduȝ tuis et hͦ creditū ab eis exigē difficilimū erit. ſi igit̄ ꝑces atqȝ adhortatiōes mee q̄d apud te valeāt frumētū hͦ tpe apud te venūdare nō feſtina.

Sed potius te para vt ꝗ̄primū hoſtes deceſſerint nulla mora prece
dente huc aduehi poſſit vt et tu pecuniā in magna quātitate ꝑcipi/
as et nos tibi familiaritate ꝯiūcti qui fame pene deſtructi ſumus cō
ſolari et refici poſſumus ꝯſoladi aut deſtitu

Exemplum aliud

Caſum quidez ſapientiſſimi patris tui peracerbe tuli qui kalen
das Junij mī renūtiat⁹ eſt neqȝ enī poterā nō cōmoueri qui
nō minorem ꝑſuaderē ex ei⁹ mihi morte iacturā factā eſſe ꝗ̄ tibi. Erat
enī is mihi ātiqua familiaritate cōiūctus et reꝝ meaꝝ diligens ad/
miſtrator. Neſcio aūt mei poci⁹ ꝗ̄ tui cauſa moleſtia hec mihi illata
ſit. te enī vt fratrē colo ⁊ nō minus pene tibi ꝗ̄ mihi amoris tribuo
verius tamē dicā vtriuſqȝ me vicem dolere. Atqȝ ita dolere vt ſum
mis lacrimis ꝯficerer niſi me conſuetudo vel potius lex nature pro
hiberet que docet neminē vitā ſuſcipe poſſe niſi moriendū ſibi ꝓpo/
nat. et ꝑatus ſit quecūqȝ obtulerit fortuna ꝑicula equo aīmo ferre
Sapientiſſimū q̊ȝ eū ſemꝑ exiſtimaui qui quociēs caſus euentū vi
derit nulla poſſe ratione depelli nihil oīmode meroris inducat mor
ti enī reſiſtere temerariū eſt ea nāqȝ talis eſt vt differri quidē poſſit
euitari aūt mīme. varia aūt ſūt genera mortis atqȝ hij incēdio. illi
aquaꝝ ſuffocatiōe hij cordis calamitate illi miſerādo feraꝝ impetu
moriūtur. Jtaqȝ patris tui obitum eo equiori animo feres quo ma
gis nature ꝓxima mortis ſpē eius interitus accidit. Nam et domi
mortuus eſt et grandis etate interijt vt conceſſiſſe illū nature pute
mus. Nullū deniqȝ aptius tibi ſolatiū iuenies ꝗ̄ gentiliū ſapienti/
am ſimul atqȝ animi magnitudinem ex quib⁹ Catho pro defuncto
filio viro clariſſimo laudationē habuit in qua reliquis qui ad fun⁹
ꝯuenerāt ꝯſolationis attulit ꝯſilia. quonā aīmo. Q. fabius cōſula/
ris viri filij ſui obitū tulerit oēs ītelligūt atqȝ hij gentiles nihil oī/
mode veritatis ſacroſācte fidei hic attigebāt. que ſola nos pene co/
git ad nr̄oꝝ caſus fortit̄ ferēdos et quicq̄d deo placuit magnanimo
recipiendū. Que cū ita ſint pectoris amaritudies quātope cōmotaſ
ꝗ̄ facile deponas et cōmori q̄dez ꝓpriū homī eſſe cogitabis. Sapiē/
tis autem et humana natura afferat ſapientiſſime moderari

Aliud exemplum

Doleo quidem vehementiſſime ꝙ edes tue incendio perierunt
et eo magis doleo quo magis aīaduerto quibus delitijs
qua iocūditate q̄bus deniqȝ oblectatioīb⁹ in eis ſim ſepe delectatuſ
Jactura āt quā tu ex eo īcendio cōſequeri nō mi⁹ mī dolores attulit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Scio enĩ quas impenſas et quot labores ipſis edibus cõſtruendis
ſuſtuliſti. Et quia ea inter nos contracta eſt familiaritas fraťnitaſqꝫ
vt omnia noſtra bona corꝑalia fortune viribus ſubiciũtur que ar/
bitrio ſuo ea admiſtrat. illi bona amplificat. illi vero diminuit. non
potui mihi ꝑſuadere opeꝑpretio eſſe ſi qua preter eq̄tatem ⁊ fata acci
derunt vt tanto merore conficerer. Fatuũ etiam ſemꝑ exiſtimaui ea
deflere que neqꝫ humane ſubiecta ſũt potentie neqꝫ aliqua pruden
tia quĩ eueniãt poſſũt precaueri hanc meam exiſtimationẽ tibi ſubi
cere memento obſecro tã inumerabilia regna tam precõſiſſima edifi
cia vrbes et caſtella incendio aut ruina eſſe deuaſtata. Recordare
Troyam que potentia ſua ceteris regionibus dominabať edibus
pulcerrimis atqꝫ edifitÿs alias vrbes ſuꝑaſſe. nunc vero deſolata
deuaſtata .et inhabitabilis relicta eſt. que ſi te non poſſũt conſolari
ac dolorem tuũ minuere ſaltem hoc te cõſoleť ꝙ paulo ante domus
iſtius viri ignis vi conſũpta eſt. ſimulqꝫ pene oĩa bona ſua. neqꝫ tot
ſibi ſuꝑſunt facultates vt eam valeat reficere. Tibi vero tot relicte
ſunt diuicie vt domũ tuã non modo reficere veꝝ p̄clariorẽ conſtrue/
re potes. ꝙ ſi nec illud dolorem tuũ leuiat propone ante oculos gen
tiliũ ſapientiam qui lumĩs fidei expertes fuere nihilomi⁹ q̄cũqꝫ ipſis
aduerſa acciderãt equo animo ferre ſtuduerũt quãtomagis tu qui
xpian⁹ religioſiſſim⁹ es ac ſacre ſcripture ſcientÿs magnoꝑe p̄dit⁹
debes ea que deũ ĩmortalez nobiſcũ et bonis noſtris diſponere vel/
le ſenſeris nedũ laudare. ſed etiam aĩo gratiſſimo acceptare itaqꝫ ſi
oĩa iſta tecũ reuolueris iſtũ qui nuꝑ accidit tibi caſum non tam mo
leſto atqꝫ iniquo animo feres

Exemplum conſolationis de peſte

HEſterno veſꝑi q̄ Johs noſter aducebat is me certiorẽ red/
didit peſtis diſcrimie. Bononiam admodũ miſere inuaſiſſe
quod ꝑfecto mihi ſũmum dolorem attulit. Statui nãqꝫ ydi/
bus May illuc ꝓficiſci et ſtudiũ meũ ceptũ ꝑficere Ibi enĩ victualiũ
maior copia doctoꝝ legentiũ maior diligentia. ſilqꝫ ꝑitia et vt omĩa
breui complectar ſermone amplior facultas ſtudendi preſtolať Pre/
terea plurimuz egre fero tot mihi p̄ceptores familiares ac amicitia
cõiũctiſſimos mortis miſerande periculo ſubiectos fore ⁊ eo magis
tui gratia indoleo quo te ãtiquiori amore mihi diũctum ſcio. Quia
vero hactenus omnis ferme ytalia hac deteſtanda peſte laborauit.
atqꝫ omnia gimnaſia alia pene a ſcolaribus deſerta relicta ſunt pu
to aut flagello dei aut ex aeris aut regionis corruptiõe oẽm noſtrã
regiõꝫ moleſtari oꝑtẽ cui flagello ſola bonoña ſuꝑeſſe mĩme poterat

Quia etiam intelligo legis diuine ac nature preceptis modis omnibus nos teneri neqꝫ ipſis aliqua ratione poſſe reſiſtere ſtultuꝫ arbitratus ſum ãmodo peſtem tam nephariam ac deteſtandaꝫ lugere Te vero quem lectura quã hoc anno iſtic obtinere meruiſti diſcedere nephas eſſet maiorem in modum obſecro obteſtorqꝫ vt eadeꝫ clade tuũ animũ perturbari nequaq̃ ſinas neqꝫ enĩ cure tue ac moleſtie etſi te conſumerent ad aerem purgandum peſtemqꝫ repellendaꝫ aliquid conducerent. ſint tibi exemplo Clariſſimi viri Juriſcõſulti qui toto anno ferrarie a lectionibus nunq̃ feriati ſunt et tamen illic peſtis inualeſcebat et longe plures. Jndie q̃ Bononie interierunt aniaduertas deniqꝫ verba Oratij qui optatam metam curſu ptingere cupienteꝫ multa ferre oportere dixit. tamen in quo fidei lumen nullum vigebat. Tu autem religionem xpianam profiteris ſi hec mentis tue oculis ſubicies huius peſtis diſcrimen ymo mortis periculum aſpernandum facile exiſtimabis

Aliud exemplum

QUo me hortaris. ne properem. neqꝫ deſperem. fore enim vt melius mihi venetijs q̃ vſq̃ gentiuꝫ conſulatur. Hortaris tu quideꝫ recte modo non ſit pretio ſpes emenda. Quare ſi ita certi quicq̃ intra conſtitutum tempus allatum fuerit. vt intelligam non eſſe diutius mihi arandum littus. ſequar conſiliuꝫ tuum vel in hoc vite diſcrimine. ſin aliud nihil q̃ verba aniaduertero faciam. vt ſcripſi ad te antea. me qꝫ aut ad Bononienſis recipiam. aut Florentinos. Uale ex venetijs. in Jdus Februarias

Aliud exemplum

